



1. Dav: Vogel Diff. an creatio Mundi ex lumine nature demonstrari queat. 1704.
2. Chr: Mascevoj Diff. ex Gen: I. vi. 1723.
3. Joachi Hildebrandi Diff. de creatione universi 1687.
4. Berth. Derschow Diff. de immortalitate primi hominis. 1629
5. Christ: Mascevoj Diff. de voluntate Adam 1710
6. Joh: Hurelmanni Diff. de lapsu primorum parentum. 1637.
7. Mart: Corseh Diff. II, de fluvio paradisi. 1706.
8. Aug: Pfeifferi, Diff. de homicidio Lamechi. 1671.
9. Christ. Neubaur Diff. de signo quod Deus Caini posuit. 1672.
10. Joh. phil. Pfeifferi Diff. de homicidio Lamechi. 1670

45

בנה

Examen
Grammatico-Criticum

58

Vocis,
quæ Hof. XI. com. III. occurrit,
difficilioris

תרגולתי

Quod

IN HELICONE PATRIO
FUBENTE AMPLISSIMA FACULTATE
PHILOSOPHICA
PRO RECEPTIONE IN
EANDEM

Placido Συμφιλολογητων examini exponit
PRÆSES

M. CHRISTOPHORUS Grubel

RESPONDENTE
JOHANNE PHILIPPO BULLINGER,

Anno MDCCXIII. d. Augusti H. L. 2. S.

REGIOMONTII, Literis REUSNERIANIS.





חקרמה



Unt in sacris pandectis, si in fontes oculo-
rum conjicias aciem, quæ quæ voces nullis,
quæ sensum multis sunt obstructa tricus ;
sunt, quæ si sensum spectes, proclivia, si
voces, ardua sat sunt atque difficilia. Pri-
us illud sat, credimus, firmabit vel par saltem
locorum. Quem namque vel tyronem lin-
guæ S. fugiunt voces II. Reg. cap. III comm. XIV. obviæ
אף-דווא ? Vide nihilominus quantum se in peruestigando sensu
hic torqueant Interpretes. Vide inquam in *D. Christ. Noldii*
Not. ad Conc. Part. n. 474 p. 847. *D. Aug. Pfeifferi* Difficil.
Script. loc. cent. III. T. I. Oper. Philol. p. 234. quæst. II. & aliis.
Quæ in verbis Commati II. cap. XIII. Hoseæ inclusis difficultas ;
זכרוי אדם ענלים ישקון ? Et tamen strenuus est de mente
Prophetæ Hermeneutarum conflictus. Vide in de de difficulta-
te loci conquerentem B. D. *Sebast. Schmidt* Comm. in Hof. p.
571. Sed & posterioris ad liquidum explorata veritas est. Enim
verò voces ex Sacro proflant fonte, quarum vel radices interi-
fere, vel analysis aliquid habet nodi, vel denique significatio am-
bigua est ac controversa, ita etiam, ut nonnunquam à matre ad
filias, ab Hebræâ ad cognatas sit confugiendum linguas. At-
que inde haud rarò contingit, ut magis in vocis, quam sensus

A 2

defu-

4
 defudandum sit examine. Speciminis loco vel unicum cap. XI. Hofeæ comma III. in proscenium produxisse sufficiat. En etenim quantum hic sudent Interpretes, quantum discrucientur Grammatici! Crisis de totò Commate *Sebast. Schmidii* Comm. in h l hæc est; *Verborum, quam sensûs, major difficultas est.* Ac sapienter profectò sic in verbo suo locutum censemus eum, qui summa est Sapientia, ut non minùs vocum, quam sensûs commendaret scrutinium, idque in mortalibus acueret studium, quod fors à multis flocci habitum, ac ceu puerile quid contemptum iri pravidit. Unde & de vocibus dictum putamus illud *Augustini* Enarrat. in Psalm. CXL. p. m. 815. *Sunt in Scripturis Sanctis profundamysteria, quæ ad hoc absconduntur, ne vilescant, ad hoc queruntur, ut exerceant, ad hoc aperiuntur, ut pascant.* Eapropter etiam quodcunque tandem alii in studium hujusmodi criticum acerbitalis evomant virus, nos tamen æstimamus, & ambiguum ducimus, utrâ laude præstet, utilitatisne, ac necessitatis, an jucunditatis ac amœnitatis? Id, quod etiam calcar addidit, ut pro specimine ex ipso illo, quod speciminis loco allegabamus, commate III. cap. XI Hofeæ vocem seligeremus, vocem puta תרגולתי, cujus examen eâ, quâ fieri potuit industriâ, institutum orbi exponeremus erudito. Varia fuere, quæ in lucem publicam protrahere animus erat, verùm ab hoc inflexus materiæ anfractus, ab illò prævenire *Viri Celeberrimi* avocavit. Ad תרגולתי demùm ubi devenit, animus in eò unicè defixus hæsit. Tu verò L. B. quæ jam de eò tenuis expromet Musa, in optimam partem accipe, nec mirare, si non omnia ad exactam *ars, & Poësis* exacta comprehendes amissim. Ætatem observa & meliora spera. TE autem, ò SUPREME DEUS! Tuum ardentissimis omnis memores nostræ fragilitatis auxilium imploramus suspiriis sub auspiciis opellæ ingementes:

אֵלֹהֵי יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָא
 אֵלֹהֵי יְהוָה הַצְלִיחָה נָא
 אָמֵן וְאָמֵן :

§. I.

QUæ ergo nostram impræsentiarum exercebit industriam, vocis quò cuivis quodammodo in faciem luceat difficultas, sub ipsis opellæ primordiis tot tamque variantium ejusdem versionum quædam veluti Synopsin ob oculos ponere expediet. Revera enim quem suâ nonnullas S. Codicis præstitisse difficultate voces pronuntiat *Augustinus* verbis Enarrat. in Psalm. XVIII. Expolit. II. p. m. 43. obviis; *Sed nonnulla verba Scripturarum obscuritate suâ hoc profuerunt, quod multas intelligentias pepererunt. Itaque hoc si planum esset, unum aliquid audiret: quia verò obscure dictum est, multa auditori estis*, ex תרגלתי quoque nostro sat speciosè elicitur, usus, ut multas pepererit intelligentias, ut multa auditori simus. Quod namque DEus O. M., quo Ephraim suum complexus est, exprimit beneficium verbis; ואנכי תרגלתי לאפרים; multifariam à multis explanationi S. literarum intentis redditur. Ita quidem *Chaldeus*: ונחמ כמלאך שליח מן קדמי דכריות: *Atque Ego per Angelum missum à facie meâ deduxi per viam rectam Israel.* At *Syrus*: ואנכי ודברתי עפרים, *Ego duxi Ephraim.* *Arabs* ex interpretatione Latinâ *Polygl. Ego vixi Aphremum.* *Septuaginta*: ἐγὼ ἐσυνεπέδισα τὸν Ἐφραϊμ *Vulgatus*: *Et ego quasi nutritivus Ephraim.* *B. Lutherus*: Ich nahm Ephraim bey seinen Armen und leitete ihn. *Varablus & Ariasmontanus*: *Ambulare feci pedibus, seu super pedes.* *Pagninus & Drusius*: *Ego assveseci ire Ephraim.* *Piscator*: *Ad me verò quod attinet, incessus meus ad Ephraimum (accommodatus fuit.)* *B. Sebast. Schmidius*: *Et Ego assveseci ire meum Ephraimo.* *Joh Coccejus*: *Pedem contuli Ephraimo.* Alii apud eundem: *Ego exploravi eis, (eum) qui eos susciperet in brachia sua.* *Belgica*: *Ib nochtans leerde Ephraim gaen.* *Danzius*: *Dum mea, mea inquam assvesectio cum Ephraim, ille suscipit idola brachii suis.* *Marinus in arc. Noe*: *Itio mea erat ad Ephraim.* Alii apud *Polum*; *Ambulatio mea fuit ad pedes Ephraim.*

6
im. Munsterus: Ego pedagogum dedi ipsi Ephraim. Sanctius
denique: Munivi serperastris apud Job. Henr. Ursinum Comm.
in h. l.

§. II.

Vides? tota hæc ex תרגלתי versionum diversitas. Quod
proinde acriori perpendendum judiciò, si locum intricatum ex-
tricare, planâque aliquâ explanare velimus versione. Antequam
autem rem ipsam sub ipsius vocis delitescentem involueris delibe-
mus, in incunabula ejus primùm penetrandum, ipsaque perspi-
cienda vocis flexio est. Secùs veremur, ac jure veremur, ne
monstruosi de voce conceptus monstri quid pariant in sensu; neve
& nos committamus forte, quod hallucinatus *Vulgatus*, qui,
quod I. Par. IV. 22. obvium prodit, Nomen proprium יוקים
terciam Futuri Hiphil interpretatus, locum sat infulsè vertit: *Et
qui stare fecit solem*, relinquens Hermeneutas quidem suos astu-
antes ac anxios in quæstione; *utrum quis præter Josuam solis stite-
rit cursum?* rem ipsam autem multis defœdatam absurdorum
plaustris. Vid. *Sixin. Amama* in Anti-Barb. Bibl. L. III. p. m.
410. *Job. Henr. Hottingeri* Theol. Philol. Lib. II. cap. II. Sect. II.
p. 530. seqv. *D. Aug. Pfeifferi* Difficil. Script. loc. Cent. III. T.
I. Oper. Phil. p. 241. *D. Sal. Glassii* Phil. S. Lib. IV. Tract III.
Obs. VI. c. 1284. seqv. *Job. Henr. Ursini* S. Analect. Vol. alt. Lib.
I. Loc. XXV. p. 30. *D. Mich. Waltheri* Harmon. Bibl. s. CLX. p.
m. 275. De analysi itaque vocis תרגלתי quid deliberaturis
quamprimum in Interpretum ingressus patuit Senaculum, haud
idem omnium dicere suffragia compertum. Quinimò varia vari-
orum buleutarum recensendi consilia facultas est. Ordine singu-
la prosequamur, ordine excutiamus. Sunt primò, quorum
תרגלתי *verbum* esse pronuntiant suffragationes, primam nimi-
rum Præteriti ad formam seu תרגמתי, seu הקטרתי, seu ali-
am. Argumentum si requiras sententiæ, tonum urgeri maximè
deprehendes. Imò hæc unica est, quæ *D. Job. Tarnovium* traxit
huc, causa, qui alias quidem cum aliis infra commemorandis

Nomi-

7
 Nominis aliquam reciperet formam, accentus verò ratione dis-
 tractus alteri illi agglomeratus est lateri; Verbis sui prodens feces-
 sus rationem sat manifestis Comm. in h. l. p. 292. seqv. *Quod in-*
dicat accentus, in penultimâ (quum si esset nomen forma תפארה
ad ipsum affixum in ultimâ is esset ponendus) Nec aliud est sub-
 scriptionis D. Sebast. Schmidii fundamentum. Disertè enim ille
 Comm. in Hof. p. 491. Nos, inquit, NB. ob accentum subscri-
 bimus iis, qui תרגלתי pro verbo habent ex רגל Pes deducto.

§. III.

Distinctius autem procedendum. Ipse (quod §. præ-
 ced. innotuit,) distingunt, inque diversas scindunt partes sen-
 tentiæ Patroni. Singula singulorum distinctius explicanda me-
 letemata. Scilicet est initio Job. Coccejus, qui in Lex. p. m. 788.
 jacere hic arbitratur Radicem quandam quadratam תרגל, quæ ad
 similitudinem accedat Radicum תרגם, תורה, תורה, quarum postre-
 ma cum primis in Codice S. sedem habeat, ac indubitatè storeis
 intertextis reperitur vocum מתחרה & תתחרה Jer. XXII. 15.
 c. XII. 5. Tum enim Radicis in Primam Præteriti factâ flexione
 fieri ad formam תרגלתי, תרגלתי. Nec à Coccejo multum
 diffidet Valent. Schindlerus, quandoquidem in Lex. Pentagl. ali-
 quam vocis resolutioni affulsuram censet lucem, si trahas huc co-
 gnatum aliquod nomen תרגיל. Enim verò facilè ex hoc ligno
 huncce fieri Mercurium, facilè admitti posse verbum ex ipsò hoc-
 ce formatum nomine, ita ut Thau illud initiale jam non seruiat,
 sed ipsam radicalem vocis comitetur essentiam. Verba ejus clara
 sunt. Quamvis enim initio subscribere videatur alteri cuiquam,
 quæ mox seqv. §. in lucem protrahetur, sententiæ; paulò post
 tamen subdit; *Aut verbum formatum à nomine תרגיל, ut ת*
fiat radicale.

§. IV.

Scribit porro *Rab. Salom. Ben Melech* in מכלל יופי
 fol. CXLIV. col. IV. רוב המוקדקים אמרו שהוא כמו
 הרגלתי בחלופ תיו כהא כמו שנהגו העבריים כרוב
 Multi Grammaticos inter sta-
 tuunt, vocem hanc voci equivalere הרגלתי alternante Thau pro
 He, sicuti moris id est, apud Hebraeos in multis quiescentibus Tertia
 Radicali, & multis in locis. Quæ etiam observatio est R. David
 Kimchi, qui ita ad locum nostrum: הרגלתי לשון הרגל
 והתיו במקום הא הרגלתי כן יערת המוקדקים
 Vox הרגלתי affvescendi habet significationem, & Thau stat vice
 הרגלתי. Hæc est sententia Grammaticorum.
 Summa sententiæ est, הרגלתי Primam esse Præteriti Hiphil ad
 formam הקטלתי, vocatò nimirum in subsidium verbo in S. qui-
 dem Textu vix præter controversum huncce locum nostrum ob-
 veniente; in ingenii autem Rabbinorum fœtibus frequentiori,
 significatuque affvescendi, exercendi, alliciendi, persuadendi,
 invitandi &c. notatò à Job. Buxtorfò in Lex. Chald. Talmud. &
 Rabbin. col. 2203. seqv. הרגיל, & levi factà ת ה in ת mu-
 tatione. Ac duci, dicit, hæc opinione nominatus *Rab. Salom.*
Ben Melech המוקדקים רוב Grammaticorum multos, quos
 inter ipse etiam noster eminent *Wasmutus*, qui in Gram-
 mat suâ Hebr. Reg. XLIII. lit. (β.) p. 201. Edit. Vet. in eorum
 הרגלתי refert numerum, in quibus literæ formativæ generum
 aut temporum confunduntur verbis sat pro hæc loquentibus ana-
 lyfi: Quandoque & literæ formativæ generum aut temporum con-
 funduntur, ut אנאלתי contaminaui Esa. LXIII. v. 3. pro
 הגאלתי (assumpto charactere N in formâ Præteriti pro ה) sic
 הרגלתי affvesci. Hos. II. v. 3. pro הרגלתי nec non Job.
 Buxtorfius in Thef. Gramm. Ling. S. Hebr. L. I c. XVII. p. 131.
 Præter densam autem illam Grammaticorum nubem & alii suffra-
 gan-

9
 gantur Lexicorum partim confarcinationi, partim Sacrarum interpretationi paginarum dediti quamplurimi. Nominatim hos quidem inter רשי qui ita Comm. in h. l. תרגלתי כמו הרגלתי
Hirgalti quasi Hirgalti, nec occurrit ei simile, nec non Rab. Abraham apud Job. Mercerum in Thef. Lingv. S. col. 2620. R. Abenesra Comm in h. l. D. Job. Tarnovius Comm in h. l. Seb. Munsterus T. IV. Crit. S. f. 6356. Rab. Don If. Abarbanel in h. l. & alii. Ex illis verò Edmund. Castellus in Lex. Heptagl. D. Job. Avenarius in ספר השרשים Job. Buxtorfius in Lexico utroque &c.

§. V.

Succedunt alii, qui omnes se tandem evitatuos difficultatis scopulos, portumque sibi propositum feliciter consecuturos confisi, aliam arripuere viam, ac ad formas confugere verborum mixtas. Videlicet sunt, qui ostendere se in תרגלתי dicunt misturam aliquam S. Lingvæ non adeò insuetam, misturam inquam ex diversis factam Temporibus. Futurum nimirum תרגל, ac Præteritum הרגלתי in unam concrevisse formam, indeque enatam esse, quæ jam meta nostrarum meditationum est, vocem תרגלתי. Producit tales in Theatrum celeberrimus Danzius in Literat. suo Ebr. Chald. p. 387. in notis, ubi ita: *Quò (ad formas verborum mixtas ex diversis temporibus) etiam referunt — Hof. 11. 3. תרגלתי affvescio, pedetentim ambulare feci ut pueros, qui primum gressum ventare incipiunt, quasi sit ex תרגל & הרגלתי. Est hæc, quam animo suo D. Henric. Opitius imbibit, sententia in Nov. Lex. Hebr. Chald. Bibl. qui sub Rad. רגל p. 952. col. II. de eo ita judicat: Hinc (ab הרגל) irregulariter quasi ex Futuro & Præterito תרגלתי Ire feci, & hinc affveseci. Hof. 11. 3. Cujus farinae etiam sunt, quæ in Animadvers. suis ad h. l. affert Lud. de Dieu, conferens quod 1. Sam. XXI. v. 3. occurrit יודעתי nec non ex cap. XXV. ejusd. Libri comm. 34. vocem ותבאתי, atque tum liberè pronuncians: תרגלתי mixtum est ex Futuro & Præterito, qualia sunt יודעתי וגו.*

B

§. VI.

§. VI.

Sed prodeat ultimo loco adhuc in medium Prophetæ *דוסו-
הז* Interpres non jejuna *D. Sebast. Schmidt*. Peculiaris (quan-
tum nobis innotuit) est, quam Vir eruditus orbi delibandam re-
liquit erudito, de loco nostro meditatio *Comm. in Hof. p. 491*.
Tamen si enim obstrepere vix conetur singularis Viri modestia
communi illi tantoque receptæ Grammaticorum agmini senten-
tiæ in præced. §. IV. nostro reperiundæ, Thau in תרגלתי pro
He esse positum; nihilominus tamen fundamentum rei detectu-
rus, singularem, cumque geminum, quo incedi hic queat, pan-
dit tramitem. Vel enim Arabum advocandas esse ducit verbo-
rum flexiones, in quibus reperias, quæ Thau præformativum
habeant; vel dicendum, irregulariter ex Conjugatione Hithpael
verbum formatum esse, facta nimirum quadam *ת* He aphæresi,
atque adscita forma quadriliterorum. Ita, ut sic תרגלתי æqui-
valeat Primæ Præteriti Hithpael, formæ התרגלתי à Rad. רגל.
Audiamus Autorem ipsum. Semotis ille fictis quibusdam non-
nullorum officii, propriam tandem de materia substrata exposi-
turus crisi, *Nos*, inquit, *ob accentum subscribimus iis, qui*
תרגלתי pro verbo habent ex רגל Pes deducto. Nec repugna-
mus, quo minus Thau pro He positum sit: Putârim verò ex Ara-
bismo esse, in quo Conjugatio aliqua est, quæ Thau præformativum
habet. Aut forte melius dicitur, quod irregulariter ex Conjugati-
one Hithpael formatum sit abjecto He Arabæ ה, & assumpta for-
ma verborum quadriliterorum. H. I.

§. VII.

Atque hæ sunt variantes eorum, qui ex vocula nostro ver-
sante in ore verbi aliquam extorquere formam omnibus contem-
dunt nervis, procedendi rationes. Admaturaremus jam nostrum
de singulis iudicium, nisi experiendi in antecessum, quid porro
hi ad sensum? quædam nos traheret libido. Agedum idcirco
videamus, quid velint versiones hinc deductæ? Initium fiat à
Chaldeo Paraphraste. Ille ita: ונאן במלאך שליח מן קרמי
לישראל

לְיִשְׂרָאֵל *Atque Ego per Angelum mis-*
sum à facie meà deduxi per viam rectam Israel. Tulisse exinde fu-
 am loci expositionem *Sebast. Schmidio* Comm. in Hof. p. 491. vi-
 detur *If. Abarbanel*, qui ita: מִי אֲנֹכִי שְׁלַחְתִּי לְאַפְרַיִם עַל זְרוּעוֹתָיו
 שְׁלַחְתִּי לַפְּנֵיהֶם מִנְהֵיג מְרַגְלִים בְּנַחֲתָם *Ego misi Ephraïmo, qui susciperet eos in*
brachia sua. Forte etiam רָשִׁי sic verba Supremi Nūminis
 παραφραζων: *Misi ante eos Ducem, misi qui commodè ducerent in requiem.* *A-*
barbanel tamen si audias, non cæco saltē alios is sequi impe-
 tu, nec committere voluisse videtur, ut aliqua sibi allubesceret
 verbi significatio, quæ nulla statuminari valeat ratione. Provo-
 cat itaque ad vocem affinem מְרַגְלִים, quo nomine veniunt in
 S. paginis, qui emissi quondam ad investigandum terras, hacque
 in subsidium accersita antiquitate sat nervosè pro sua sententia

וכפי הפשט היותר נכון כפי הפסוק *Scribit Comm. in h. l.*
 הזה הוא שתרגלתי הוא מלשון שליחותי כי על כן יקראו
 השלוחים לתור מרגלים ויאמר השם אנכי שלחתי לאפרים
 מִי אֲנֹכִי שְׁלַחְתִּי עַל זְרוּעוֹתָיו *Sensum vocis si requiras literalem,*
eumque veriozem in expositione versiculi hujus, is hic erit, quod
 תרגלתי *MITTENDI* aliquam habeat significationem. Propterea
 enim vocantur, qui *EMITTUNTUR* ad explorandum מְרַגְלִים.
Sensus ergo verborum DEi est: Ego misi Ephraïmo, qui susciperet
eos in brachia sua. Videtur autem tota hæc ad Mosen maximè
 Magnam illum populi DEi coryphæum collimare interpretatio.
 Quinimò ipse hunc facit in suam Paraphrasin Commentarium no-
 minatus modò *Abarbanel* addens: והוא משה רבינו ששלח
 להוציאם ממצרים כי אפרים רומז בכאן לכל עשרת
 השבטים ומפני שהוציאם משה ממצרים כאשר ישא
 האומן את היונק על זרועותיו *Et est ille Moses Doctor noster,*
quem misit ut educeret eos ex Egypto. Ephraim enim universas
 decem tribus denotat; Et ad hæc eduxit eos Moses ex Egypto,
 quemadmodum portat Nutritivus lactentem super brachiis suis.
 B 2 (sicut

(sicut ex parte manuitur Num. XI. 12.) Conf. *Job. Buxtorfi* Anticrit. Part. II. c. XI. p. 763. Attamen aliam insuper sibi referant Judæi quam vocant *allegoricam* effati divini expositionem, quæ ad antiquiora illud referat tempora, quando decrepitis jam, mortique proximus in lectulo decumbens Patriarcha Jacobus ultimam suis ex Josepho benedictionem impertitus est nepotibus.

Audiamus ineptias Judaicas. Ita רשׁי ex תנחומא ;

ואגדה ממדר ר' תנחום דרשׁו כלפי בני יוסף כשהביאם לפני יעקב לברכום ראה יעקב רשעים עתירי לצאת מאפרי ורבעם ואחאב ונסתלקרו ממנו רוח הקדש ויאמר מי אלה בקש יוסף רחמי ושרת רוח הקד על יעקב וברכום זהו ואנכי תרגלתי רוחי על יעקב לצורך אפריים

Est & hujus loci expositio allegorica ; In Commentario Allegorico R. Tanchuma allegoricè sic explicat illud ; quod, cum filius Josephi à Patre ipsorum ad Jacobum adductis, videret Jacob impios ex Ephraim egressuros esse, puta Jeroboamum & Achabum, secesserit ab eo Spiritus Propheticus. Inde dixit: Quinam hi? (Gen. XLVIII. 8) Precatus interea Josephus DEum, & operatus est Spiritus Propheticus in Jacobo, ut benediceret eis. Id est, quod dicit DEus: Et Ego misi (intellige) spiritum meum super Jacob, non modo modum Ephraimi. Quibus gemina habet Abarbanel in h. qui videatur. Sat enim de fabella Judaica.

§. VIII.

Ad Septuaginta progredimur. Horum eloquii divini translatio est: Καὶ Ἐγὼ συνεπέδισα τὸν Ἐφραΐμ. Ubi statim succurrunt notæ à *Job Drusio* T. IV. Critic. S. f. 6363. adjectæ: הרגיל & συνεπέδισα equè à pedibus formata sunt, sed significatione differunt, ut sciunt, qui utramque linguam probè callent. In quibus duo de vocabulo συνεπέδισα annotat. Primò quidem natales illud habere eosdem cum verbo, quod fors supposuere h. l.

LXX.

LXX. הרגיל; utrumque à pedibus formatum esse, hoc nempe quidem ex רגל, illud verò ex πῆξ, utrumque ex vocabulo *pedem* designante, præterea verò significatu utrumque quid discrepare. Nos de הרגיל jam diximus §. præced. IV, saltem in vocis συμποδίζω penetrandum adyta. Manus ad ea referenda nobis aliquas admolitus est allegatus modò *Drusius* l. c. f. 6360. Ibi namque ex industria se Lexicorum pervolutione comperisse testis est, exposuisse ea vocem Græcam: *Impedio, compedibus implico*, item *illaqueo, irretio*. Citat Lexica, in quibus συμποδίζω vertitur; *Cupplanto, forte* (addit Autor) *supplanto*; item: *supplantat* ὑποσυνερίζει, περισυνερίζει. Sed ipsa inspexisse loca juvabit, in quibus amplius verbum illud reperiendum. Primus ex illis esto locus Zachar. XIII. v. 3. ubi respondet Rad. דקר. *Transfixit, transfodit*. Quod etenim ibidem legitur ודקררו ודמו ex græca τῶν ὀτρλίσεων sonat: καὶ συμποδίσαι αὐτὸν ὁ πατήρ αὐτῶν ἢ μήτηρ αὐτῶν. i. e. ex interpretatione *Cornelii à Lap.* Comm. in h. l. *Compedibus constringent eum*. Sermo est de Propheta Pseudologo, in quem diriora hic pronunciantur: *Et erit, cum prophetaverit quispiam amplius, ut dicant ei Pater ejus & mater ejus, qui genuerunt eum: Non vives, quia mendacium locutus es in nomine Domini, & configent eum Pater ejus & mater ejus, qui genuerunt eum, dum prophetaverit*. Sunt quidam, veluti *D. Salom. Glassius* Philol. S. Lib. I. Tract. IV. Sect. I. Can. V. p. m 319, conf. & *D. Job. Tarnovius* Comm. in h. l. p. 1565, qui existimant, spiritualem h. l. hæreticorum jugulationem & hæresium gladio spiritus profligationem verbis describi *configendi, confodiendi* ex ritu illo V. T. quo receptum, ut qui Pseudo-Propheta essent, jugularentur, occiderentur. Vid. exsertam hac de re DEi legem. Deut. XIII. 5, sicque Prophetam quod de tempore N. T. ad populum loquitur Veteris phrasibus involvere eorum captui ac usui accommodatis, aliter tantummodò intellectis. Observat tamen insuper *Cornel. à Lap.* l. c. ex *Sanchez*. *Configere, urere, secare in Scripturis per catachresin significare quemvis gravem dolorem & supplicium*. Dicuntur

14
 inde Jer. XXXVII. 10. מוקריים qui incensuri erant civita-
 tem; Dicuntur ita superstites adhuc, faucii saltem ac ferro fœ-
 dati. Ut ad eò non ea semper Rad. רקר sit emphasis, ut lethali-
 lem aliquam importet transfixionem. Applicare hæc ad locum
 præsentem videtur Rab. Dav. Kimchi illud ורקרו ויפצעו ליסרו
 castigandum eum. Et quam tenaciter tandem strictiori illi Rad.
 significatui audaces inhæreant hæreticidii Promachi Franc. Ribera
 in Comm. p. 751. Casp. Scioppius Apol. c. IV. n. X. qua scil.
 vertitur: transfodit, transfixit, secedendum tamen ab eo, leni-
 orve admittendus alius. Vide totum locum contra dictos Pro-
 machos vindicantes D. Job. Tarnovium l. c. D. Job. Gerhardum
 Loc. Theol. T. VI. L. de Magistr. Pol. §. 350. p. m. 1099. seqv.
 D. Georg. König Vindic S. Disput. XXXIII. Loc. CXVIII. p. 740
 sequ. Ex qua etiam mitiori vocis Hebrææ interpretatione LXX-
 viralis illa promanasse videtur versio, (quamvis vel aliud etiam
 verbum legisse eos suspicetur Gerhardus l. c.) suffragantibus
 Gloss. interlin. & ex ea Vgone de S. Charo Comm. in h. l. T. V. opp.
 f. 223. illud configent exponentibus: Verberibus & compedibus
 affligent eum. Succedat secundo trias Locorum, ubi συμποδίζω
 commutatur cum כרע incurvavit se, prostravit. Ni-
 mirum quod (α) Psalm. XVIII. v. 40. tribuitur Optimo Maxi-
 mo præconium: תחתי תחתי תכרע כמי תכרע LXX. exprimunt: συ-
 ποδίστας πάλιας τῆς ἐπιανυσσάμενης ἐπ' ἐμὲ ὑποκάτω μου. In-
 cundem (ceu nostra auguramur conjectura) sensum, in quem
 Vulgatus: Et supplantasti insurgentes in me subrus me. Eam suâ
 exprimere cupientes versione insectatorum Davidis incurvatio-
 nem, eam prostrationem, quæ supplantatione perficitur luctan-
 tium, quando pede supposito in terram dejiciunt adversarium.
 Quam sub ipsis vocis συμποδίζω culeolis latitare nucem etiam
 ante observabat Job. Drusus. Porro (β) Psalm. XX. v. 9. hæc
 habentur: המה כרעו LXX. αυτοὶ συνεποδίσθησαν. Ubi
 redit significatio compedibus constringendi, irretiendi, ex quo &
 Vulgatus: Ipsi obligati sunt. At quid hæc ad vocem כרע incur-
 vatione

varunt se? Solvit nodum *Joh. Lorinus* Comm. in Lib. Psalm. T. I. p. 280. *In re ipsa non est magna differentia: nam quibus pedes impediti sunt, & veluti compeditibus constricti & circumligati, quod valet συνεποδισθῆσαν; curvantur etiam & infirmantur.* Eodem in sensu (γ) Conamati 31. Psalm. LXXVIII. verbum illud reperitur intertextum, ubi fontes: ובחורי ישראל הכריע, at rivulus LXXviralis: *כי τὸς ἐκλεκτὸς τῆ Ἰσραήλ συνεπόδισεν.* Id est *Hieronymo* quidem T. III. Opp. Epist. quæ inscripta *Fabiolo* mans. XIII. p. m. 31. lit. H. *præpedivit*, sive *impedit*, *Augustino* autem Enarrat. in hunc Psalm. p. m. 432. *potius compedit*, quoniam in Græcis codd. non legitur ἐνεπόδισεν sed συνεπόδισεν. Sensus est, quod DEus acerba strage incurvando vel prosternendo Electos Israel eos simul compeditavit quasi, pedesque eorum strinxerit, ut in terram promissionis procedendi nulla fuerit iis facultas. In quem sensum falsè *Gilbert. Genebrardus* in h. l. p. 311: συνεπόδισεν *compedit*. q. *pedes stringendo & prohibendo, ne in terram promissionis possent ascendere, per mortis scilicet immisionem.*

§. IX.

Unicus restat, qui adferendus adhuc locus, Gen. XXII. 9. De Abrahamo ibi memorat Scriptor Sacer, quod immolaturus unigenitum suum, inter alia etiam *ligaverit* eum, verbis: ויעקר בני את יצחק בנו, ubi pro ויעקר LXX. denuò, *χ συνεποδισας.* Erat antiquissima receptum consuetudine, ut constringerentur, quæ Diis litandæ erant victimæ. Uade *Ovidius* Lib. III. Epist. ex Ponto Epist. II. n. 71. de Oreste & Pylade canit:

*Procinus immitem Trivia ducuntur ad aram,
Evincti geminas ad sua terga manus.*

Confer. *Isidor. Hispalens.* Lib. VI. Origin. c. XIX. *Herodoti* Melpomene, sive L. IV. Hist. c. LX. p. m. 243. *Alex. ab Alex.* Genial. dier. L. IV. c. XVII. T. m. I. p. 1095. *Andr. Tiraguelli* Not. ad idem cap. p. m. 1093. Suam itaque DEo suo exhibiturus vicimam Sanctus ille Parcens omnium fidelium, eundem veneratur ritum,

ritum, quicquid occinat hic Rab. *Aben Ezra* scribens:

והקרוב אל חרעת שהיה קרוב ליג שנים והכריחו אביו
ועקרו שלא ברצונו והעד שאביו הסתיר הסוד ממנו
ואצרא אלהים יראה לו השה כי אילו אמר לו אתה
העולה יתכן שיברח *Et proximum ad sententiam est, quod fu-*
erit Isaacus prope XIII. annorum, & propterea coegerit eum pater
ejus, & ligaverit, quod non esset ad voluntatem suam. Dum enim
testatur scriptura, quod pater ipsius celaverit eum consilium & pec-
cus sacrificiale, dicendo: Dominus videbit sibi pecus; (quod est,
quasi dicat: Tu es sacrificium,) probabile est, quod fugam fuerit
meditatus Isaacus. Utitur autem Moses hancce recentibus Isaac-
ci ligationem verbo עקר, dicens: ויעקר את-יזחק בנו
quod explicat *R. David Kimchi in ספר השרשים* f. CCC
LXXIV. c. l. per ויקשור; ac *Job. Buxtorfius in Lex. min.* sub
Rad. עקר explanat illud: *Ligavit, colligavit, proprie artus, ut*
oves quatuor pedibus colligari solent ad mactationem, ex sententia
scilicet *Ebræorum, quam refert quoque Job. Geisshuth de li-*
gat. *Isaaci Dissert. III. §. VII. Vid. insuper Sam. Bochari Hieroz.*
Pars prior L. II. cap. XLV. p. m. 479. Et specialius adhuc quæ
sub integumentis Rad. עקר delitescit, tam victimarum, quam
Isaaci ligationem dilucidat Interpres Mischnæ Rab. Obad. de Bar-
tenora, ea quæ in תמיד תמיד cap. IV. loquuntur Judzi:
לא היו כופתין את המלה אלא מעקדין אותו
sic declarans: לא היו כופתין אותו את התמיד כשתי ידיו
לעצמן או בשתי רגליו לעצמן כדי שלא לעשות כחוקת
הע"א שכך היו עושים כשחוזמין לע"א אלא מעקדין
לא היו Dicunt: אותו הויד עם הרגל כעקודת יזחק
כופתין i. e. *Non vinciebant ipsum illud sacrificium iuge duobus pe-*
dibus anterioribus inter se colligatis, aut duobus posterioribus inter
se colligatis, ne scilicet imitarentur mores idololatrarum, qui id
faciebant, quando mactabant sacrificia in cultum idolorum,
אלא

אִתּוֹ מִקֶּרְיָן אֵלֶּה h. e. *Sed ligabant illud ita, ut pes anterior*
alligaretur post riori, quemadmodum Isaacus est ligatus conf. præter
 citatam Diff. Job Grifschmuthy quam non adeo dudum edidit Guil.
Surenhusius, Mischna P. V. p. 298. & juxta eam *Alberti Vogtii* Mis-
 cell. Bibl. Hept. I. L. III. §. VI. p. 17. Singularem itaque hanc
 verbo קָרַע indicatam unigeniti Abrahami colligationem descri-
 bunt LXX. verbo συμποδίζω, vertentes: ἡ συμποδίσας Ἰσαὰκ
 τὸν ὕον αὐτῆς, ubi aded in peculiari vox Græca occurrit significa-
 tu, quo non nudam pedum ligationem sive constrictionem, quæ
 & verbo ποδίζω designatur apud *Xenophontem* κωστὸν παυδ. Lib. III.
 p. m. LXIV. ubi ita: πεποδισμένους γὰρ ἔχουσι τὰς ἑπτάς ἐπὶ
 τῶν Φάτνας, sed sacram pedum cum manibus colligationem de-
 notat, quod verè est ΣΥΜΠΟΔΙΖΩ: ceu & vocem Hebræam
 קָרַע h. l. explanat, quæ ex ingenio *Rab. Salom. Jarchi* pro-
 fecta exegesis: יָרַו וְרַגְלָיו מִמֶּהוּרֵי הַיָּדַיִם וְהַרְגָּלָיו וְיָרַו קָרַע
 וְיָרַו קָרַע הוּא בְיָדוֹ חָדָד *Et ligavit: nempe manus ipsius & pedes*
ipsum post tergum, manus scilicet & pedes unâ colligavit. Talis
modi enim ligatio venit voce קָרַע.

§. X.

Enjam locum, ex quo nostrum *Hoseæ* explicat *Alexan-*
dria Archiepiscopus Cyrillus, Comm. in *Osc. T. III. Opp. p. m.*
158. cujus hæc est ejusdem ex interpretatione τὸν ὁ παραφράσις:
 Ἐγὼ δὲ ἐπέπερ ἐμὴ χερσὶ τε, ἡ ἀγαθὸς καὶ περ ἑτάς ἔχοντα
 σκιότητι τὸν Ἐφραϊμ, ἦτοι κατ' ὅλην τὸν Ἰσραὴλ, ὡς ἐκ μίας ἐν-
 δάδε Φυλῆς δηλούμενον, ΣΥΝΕΠΟΔΙΣΑ Φυσίν. Καὶ τί δὴ τὸτο
 ἐστίν, αὐτὸς διεσαύθησε, λέγων. ἀνέλαβον αὐτὸν ἐπὶ τὸν βραχίονά
 μου. τί δὲ τὸ παραδείγματι ὁμοιότης, ὡς ἐκ τῶν δρωμένων πε-
 ρὶ τὰ νήπια. οἱ γὰρ τὰ μικρὰ τὰν βρεφῶν εἰς χερσὶ ἀναλαμβάνου-
 ντες, οἷοι συμποδίζουσι, αὐτὰ, συνευεγμόντες τὰς πόδας. δεῖ
 γὰρ οἶμαι, συστέλλεσθαι μὲρ τε ἡ γόνατα παντὸς τῶ συνιζήω-
 τῶ, τὰτέτι, τὸ ΣΥΝΕΠΟΔΙΣΑ. κατὰπερ ἀμέλει ἡ περὶ τῶ
 Ἀβραὰμ γέγραπται, ὅτι ΣΥΝΕΠΟΔΙΣΕΝ Ἰσαὰκ τὸν ὕον αὐτῆς, ὅτε
 ἡ θύω αὐτὸν προσεδόκησε τῷ Θεῷ. *Ego verò, quoniam benignus*
 ἔ

& bonus sum Ephraim, sive universum Israel (ut ex una tribu hic significatum) quanquam adeò solidum COLLIGAVI, inquit. Quod quid sit, ipsemet declarat, [suscepi eum super brachium meum] Quae similitudo ab iis, quae infantibus fiunt, ducitur. Qui enim infantes in ulnas suscipiunt, quasi eos compedibus stringunt, sive coarctant. Oportet enim, ut arbitror, contrahi femora, & genua cujuslibet confidentis. Atque hoc est COLLIGAVI: sicut videlicet & de Abraham scriptum est, eum COLLIGASSE Isaac filium suum, sacrificaturum DEO, ut putabat. Verum non adeò extra omnem posita est aleam Venerandi Patris conjectura. Imo si dicendum quod res est, vix ac ne vix quaedam ex illo *Genes.* pro eadem exsculpi poterunt. Non enim ibi susceptio Isaaci in ulnas Abrahami, non femorum genuumque ejus in brachiis Parentis confidentis constrictio voce *συμπόδιας* denotatur, sed ligatio sacrificialis in ipso, hostia mox DEO litanda peracta, quemadmodum s. præced. vidimus, quapropter ad alia animum adjiciamus oportet. Alias autem illico apportant dapes in Commentariis suis *Hieronymus* atque *Theophylactus*. Crambem equidem uterque eandem, si versionem spectes; uterque enim *συμπόδια* interpretatus ex *ligandi* significatione, (veluti etiam *Arabs* habet: *Ego vinxi Aphremum*) diversam tamen, si in quos se diffundit apud utrumque interpretatio, expendas commentarios. *Hieronymus* enim eam gratiosam respici judicat ligationem τὸ Ephraim, quando Omnipotens pedes eorum turpissimo sibi terga dantium conatu, injectis veluti funiculis verbi sui, Doctorumque dogmatum constrinxit, continuit, ne longius adhuc aufugerent, ac æternum incurrerent exitium. Ita quippe *Comm.* in *Hof.* T. VI. *Opp.* p. m. 34. DEum introducit commemorantem: *Ego clementissimus Dominus ligabam pedes Ephraim, ne à me longius fugerent.* Addens: *Hoc enim significat συμπόδια: ligabam autem testimoniis Scripturarum, & disputatione Magistrorum Ecclesie.* *Theophylacti* verò meditatio est, amœnissimo quodam sub *nutricis* simulamine sic clementissimum præsentari Numen; Hæc quippe uti mollicella pueruli suæ commissi curæ fa-
sciis

sciis constringit membra; ita & de semet profiteri DEum: καὶ ἐγὼ συνεπώδισα. Atque ego colligavi Ephraim, scilicet fasciis infantilibus, quod etiam est nutricum, apud Corn. à Lap. in h. l. Ex quo etiam Job. Henr. Ursinus in h. l. Comm. p. 230: συνεπώδισα colligavi pedes ut nutrices solent. Quæ satis placent quidem; incidit tamen super hæc notabilis locus in M. Terrent. Varrone Lib. VIII. de Lingv. Lat. n. 15. p. m. 103. Non sequitur, ut stultè faciant, qui pueris IN GENICULEIS ALLIGENT SERPERASTRA, ut eorum depravata corrigant crura, ex quo singularem aliquem, qui olim receptus fuerit, conjicimus ritum, puerorum geniculis alligandi serperastra, præcunte Matth. Martinio in Lex. Philol. sub voce Serperastra col. 3578. scribente: Ergò sunt (serperastra) instrumenta ambulatoria, alliganda cruribus & geniculis puerorum, ut dirigantur, ne vari aut compernes fiant. Quid si hujusmodi forte veluti serperastrorum in genibus Ephraimi alligationem LXX. verbo συνεπώδισεν exprimere voluisse dicemus? Quid si respondentibus Varronis serperastris κατωστυγίους Orphei ex citatione Hadr. Junii allegati à Martinio l. c. alligationem eorundem verbo συνεπώδισεν venire assereremus? Quid si sic LXX. explicarem ex allegata illa §. I. Sanctii versione: munivi serperastris? Sanè plerique omnes Interpretes (loquimur cum Edv. Liveleo T. IV. Crit. S. f. 6365.) ita accipiunt, quasi pedetentim puerum ad gradiendum assuescere significet, & docere incedere. Quid si ergo his sic harmonicè concinentes exhiberemus LXX? Sed forte antiquiores sequi præstabit. Sat interim de Septuaginta.

§. XI.

Secedentibus verò nobis ex obscuris LXX virorum cellulis alii mox occurrant alias occinentes effati divini: ואנכי תרגלתי ואפרים לִאֲפְרַיִם versiones. Nimirum I. obviam aliquos producit in Lexico suo Job. Coccejus p. 788. qui sagaciori significationis verbi (quod dicunt) תרגלתי satisfieri indagini conjiciunt, si ad agnatum respiciatur verbum רגל. Bina autem illud in Sacris

Paudectis nobis innotuit significatione. Altera quidem latet in
 commate XXVII. cap. XIX. post. Lib. Sam., ubi superstes ex
 posteris Saulis Mephiboseth de servo scelerato id inter alia ex-
 queritur: וירגל בעבוד אל-ארני המלך, ubi וירגל verten-
 dum: *Et obrectatorem egit*, quæ versio est *Job. Buxtorfi* in Lex.
 min. p. 713. sub rad. רגל. Significatu scilicet vel ab ipso Præteri-
 to Kal רגל mutuo accepto. vid. *Psalm. XV. 2.*; vel ex רגל
 pes diducto, quod Sycophanta mox huc, mox illuc pedem movet
 infelix sparsurus sycophantiæ semen. ענין המשונות
 והרכילות וכן מן הקל לא רגל על לשונו ואפשר
 שיהיה מלשון רגל לפי שהמשין והרכיל הולך תמיד
Significationem habet calumni-
andi & detrahendi. Sicut & in Kal occurrit (Psalm. XV. 3.) Non
obrectat lingua sua. Potest etiam deduci ex nomine רגל, cum
sycophanta semper circumeat, resque referat, modò ita, modò ali-
ter, commentarius est ore R. David Kimchi loquentis R. Sa-
lom. Ben Melech ad vocem וירגל in יופי fol. LXXI.
 col. I. Altera verò ex aliis prominet locis, in quibus רגל con-
 stantem tenet *explorandi* significationem. vid. וירגלו *Jof. VII.*
 2. לרגל cap. VI. v. 25. מרגלים *Gen. XLII. 9. &c.* Jam po-
 steriorem hancce *explorandi* significationem ad locum præsentem
 novi illi applicant interpretes, attractis simul, quæ in sequenti-
 bus adjiciuntur: על-זרועתי קחם huncce verborum pro-
 gerentes sensum, q. d. *Ego exploravi eis (eum) qui eos suscipe-*
ret in brachia sua. II. redit quem ante provocabamus laudatus
 Hoseæ explanator *D. Sebast. Schmid*, ingeniosam eam & subtilem
 secum portans affaminis cœlestis translationem: *Et Ego affeci ire*
meum Ephraimo. Nititur ea supposita à Viro erudito præced. §.
 VI. vocis analysi, quæ formæ eam assimilabat: התרגלותו. Ita
 quippe תרגל pro התרגל ex significatione *incedendi pedibus*
 tropicè notare autor est, idem, quod incedendo sese accommo-
 dare ad infirmitatem alterius; adeò, ut ubi hic incedere simul
 non valeat, suscipiatur etiam in brachia, Sensum idcirco fore,
 q. d.

q. d. Et Ego incessum meum assveseci, vel accommodavi Ephraimo; aut: Et Ego me ipsum in incedendo assveseci Ephraimo, adeo ut non incessem strenuè, & gradu celeri, quem ille assqui non posset. Putat ita Vir celeberrimus aptè congruere constructionem cum Dativo **לְאֶפְרַיִם**, congruere præterea, quod sequitur de susceptione in brachia. Quomodo verba sunt Autoris Comment. in Hoseam p. 491. **וְהָרַבְרָבָה** pro **וְהָרַבְרָבָה** ex significatione incedendi pedibus, tropicè erit, sese in incedendo accommodare ad infirmitatem alterius, adeo, ut ubi hic incedere simul non valet, suscipiatur etiam in brachia. Constructio quoque cum Dativo **לְאֶפְרַיִם** Ephrajimo, quadrabit; certè Lamed pro Dativi, quàm Accusativi nota accipere malumus, q. d. Et ego incessum meum assveseci vel accommodavi Ephrajimo; aut, Et Ego me ipsum in incedendo assveseci Ephrajimo, scilicet ut non incessem strenuè & citato gradu, quem ille assqui non posset, non severius cum illo egi, aut illum defatigavi nimium. Sic quadrabit quod II. sequitur de susceptione in brachia. Qui namque dicto modo se suumque gradum applicanti infirma pueri incessum, ubi sequi non potest, in brachia eum suscipiunt, simulque tutela gratia. Succedit III. Theophylactus qui ita: Ego in pedes erexi Ephraim, q. d. Tantam Ego benignitatem eis ostendi, ut factus sim ipsis veluti nutrix. Et quemadmodum illa, parvulum aliquem infantem in manus acceptura, pedes ejus colligit, vel eum primùm, veluti in pedes erigit, sicque eum sublevat; non dissimilem ad rationem Ego feci, ac veluti pedes ipsorum colligens, vel aptè dirigens assumpsi super dextram meam. Inde, (pergit Theophylactus) juxta obscure hoc indicat perinde quasi dicat: Non reliqui vagari circa ordinem; citra legislationem, sed colligipalantes ipsos legem ipsis ferendo &c. H. I. IV denique prodit Seb. Munsterus ita vertens: Pedagogum dederam Tom. IV. Crit. S. f. 6356. comite gaudens Job. Forstero, qui ita in Dictionario suo: Ego pedagogum dedi ipsi Ephraim. Respicere arbitramur utrumque ad ritum antiquum Judæorum, quo projectus ad pedes pedagogi seu Doctoris docentem audiebat **תַּלְמִיד** seu discipulus, Unde Paulus

Aët. XXII. v. 3. ἐγὼ μὲν εἰμι ἀνήρ Ἰσραηλῖος γεγεννημένος ἐν Ταρ-
 σῷ τῆς κελκίας, ἀνατετραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει Ἰούθη ΠΑΡΑ-
 ΤΟΥΣ ΠΟΔΑΣ ΓΑΜΑΔΙΗΛ. κ. τ. λ. Conf. ritum hunc fufius describen-
 tes Jac. Alting in Schilo Lib. II. cap. V. VI. VII. & Bald. Wale-
 um ad Aët. XXII. p. m. 1246. Atque sic תרגלתי (significa-
 tione videlicet ex voce רגל pes deducta) ipsis idem valere q. d.
 Ego ad pedes jacere, considerare feci Ephraim, ad pedes puta Docto-
 ris sui Mosis, explicante ipso Munstero l. c. quod idem sonat,
 atque: ego pædagogum dedi ipsi Ephraim. vid. qui nobis mentem
 interpretum horum referaturis clavem porrexit Jac. Alting. l. c.
 p. 168.

S. XII.

Hosque demum audivisse sufficiat. Claudantur jam rivi,
 fat nostra bibère prata. Quicquid enim sit tandem de rivis, quam
 bene etiam influant quidam in sensum (quamquam & sint, qui
 fecus habeant se) fons tamen non placet, unde deducti. Super-
 vacanea profectò ac inutilis est omnis, quæ, ut Verbi aliqua elici-
 atur inde forma, infertur תרגלתי nostro vis. Ecquid initio
 opus est, ut cum Job. Coccejo quadrilateram, ubi trilatera haberi
 potest, arripiamus radicem? Cum (1.) tales in sacro fonte sint
 rariores, nec ea propter præter necessitatem multiplicandæ, cum
 (2.) sint Chaldaicæ mere, quale etiam manifestè est exempli lo-
 co ab Autore allatum תרגל. Quod verò (3.) ad alteram à
 Coccejo objectam hujus generis Radicem Biblicam תחרה laten-
 tem in adductis ab ipso binis Jeremiæ locis, cui conferri posse au-
 tumat, quam comminiscitur hic, Rad. תרגל, novimus equi-
 dem, quod communissima de vocibus מתחרה & תחרה au-
 torum sententia pronuntiet, de singulis cum R. Salom. ben Me-
 lech in מכלל יופי f. CXIV. col. II. & f. CXVII. col. I; ורוא
 כן ארכע Ex tetragrammatis est; sed nec ignoramus esse, qui
 malunt eorum voces inserere choro, in quibus (quod Wasmuth
 dicit Reg. XLIII. lit. (α) p. 199.) confunduntur (seu componun-
 tur) forme diversarum radicum, singularis emphaseos gratia, ad
 multiplicandum vel exaggerandum sensum. Ita enim compositi-
 onem

onem hic agnoscit *D. Job. Avenarius* in suo ספר השרשים
ex תחת sub, & חרה exarsit, ut si quis iratus alios tanquam in-
feriores despicit & provocat ad certamen. Ac si est aliqua Rad.
 תחר, ceu pervadent quidam effodientes eam ex voce Psalm.
 XXXVII v. 1. nec non Prov. XXIV. 19. occurrente תחר.
 (Eò enim tendunt, quæ disputat de eà *D. Marc. Marinus* in Ar-
 ca Noë part. post. f. 273. col. 1. *Dubitatur, an sit ex hac radice*
 (תחרה) *vel potius ex תחר, vel tandem Hitpael à חרה, nec*
satis certum est, quid propriè significet. Communiore sententia
radix est propria, & se immiscere, committere fere omnes inter-
pretantur, indicans, esse quidem varias resolvendi תחר illud
methodos, omnibus interim palmam præripere communiorem
illam, qua propria eidem assignatur radix, qualis est eorum, qui
formant illud à Rad. תחר. Conf. præterea וְוַחֲוֹסֵי R. Salom.
Jarchi Comm. in Psalm. XXXVII. Valent. Schindlerus in Lex.
Pentagl. p. 1968. Job. Forsterum in Diction. Hebr. novop. 903.
 Frenum tamen mordent alii satius ducentes statuere, תחר sta-
 re pro תחרה facta ob particulam חל quadam tertiæ Radica-
 lis ח apocope. Vid. *Wasmuth Reg. XXXII. Annotat. I. lit. א.*
 p. 142., protestante nihilo secius adversus analysin cum *Kimchi*
R. Salom. ben Melech in sæpius allegato ופי מכלל f. CLXX.
 col. II. qui urget Pathach sub ח cuius loco si à חרה esset, foret
 Kametz, quemadmodum in תחר Deut. II. 9.) Quid obstabit,
 quo minus ex emphatica aliqua Rad. geminæ חרה & תחר
 commixtione huiusmodi enatas dicamus formas? Sed hæc *ὡς ἐν*
ῥαῖς. Concedatur *Coccejo* Radix תחרה, per nos licet, an
 propterea illicet & aliam תרגל concedemus? absit! obstant ra-
 tiones viro erudito objectæ. Attamen forsitan (4.) juvabit *Coc-*
cejum Valent. Schindlerus, quem obtulisse nobis meminimus no-
 men aliquod תרגל, à quo formatum esse possit verbum illud
 תרגל. At salvares est! Nam primò à verbis quidem forman-
 tur nomina, an verò contra à nominibus verba? minimum sine
 exemplo ab autore affirmatur. Deinde monstret nobis *Schindle-*
rus hæc verbi תרגל incunabula, monstret nobis nomen תרגל,
 affe-

afferat locum, unde exculpserit illud, sed hic hæret aqua. Ac si denique formare etiam libuerit nomen talismodi à Rad. **רנל** forma **תכריך** Esth. VIII. 15. longè tamen nimis petita foret, quæ inde derivaretur vocis nostræ origo, quam vix apprehensuros credimus, quibus brevior ad eam perveniendi suppetet via.

§. XIII.

Adeste jam vos vulgarioris illius propugnatores sententiæ, literæ *Tbau* in **תרגלתי** lampadâ tradidisse characteristicum conjugationis Hiphil *He*, nec adeo aliud quid offerre se illic, quam quidem primam præteriti Hiphil **הרגלתי**. Nec vos jam rem acu attigistis. Cur enim (1) jam ad mutationes, cum sine his res expediri possit? Fatemur methodo hac sat facili ex quovis ligno fingi posse Mercurium. Quid præterea (2) nobis hic cum quiescentibus tertia radicali, quorum allegabat exempla numerosa illa, quam producebat *R. Salom. ben Melech* in proscenium Grammaticorum multitudo? an ex eorum tribu **תרגלתי** nostrum? Cedo (3) loca illa, quæ integro admetienda promittebantur medimno, in quibus æmula observari possit alternatio. Vix unicum certè proferre se posse confidit **רש**, quinimò (quamvis aliàs ejusdem sententiæ Patronus) testatò queritur: **ואין ול רמיון**. *Non occurrit ei simile*. Sed objicietur fortassis ex Deut. cap. XXXIII. com. III. erutum **רבו** in quo ratione non absimili **ר** pro **ה** positum videtur, **רבו** scilicet pro **הבו** approbantibus etiam eandemque vocis utriusque collationem facientibus quibusdam apud *R. Aben-Esra* Comm in locum illum, conf. *R. Jacobi Abendanæ* **שכחה לקט** ad eundem. Verum enim verò non adeo clarum est allatum istud exemplum, ut ne hircere quidem adversus illud audeamus, controversa est vox, & varie à variis resolvitur, nec ita cœteras illa nobilitate præcurrit analysis, ut omnium unica mereatur applausum. Præstantiores sane hic prodeunt ingeniorum factus. *R. Salom. Jarchi* deducit illud ex Rad. **תוך**, & *Job. Buxtorfius* in Lex. min. sub voce **תוכי** dicit pro **תכו**, ut dicitur **אורי** illustrati sunt, ac vertit **לרגלך**

רש"י *in medio pedum collocentur*, in quem sensum etiam תכה, à qua
 qui videatur. R. Salom. ben Melech l. c. Rad. facit תכה, à qua
 fiat תוכו, quemadmodum à שפי שפה Job. XXXIII. 21. ex-
 ponens תוכו illud per תחברו והלכו לרגליך *affosiarunt se*
 & *iverunt ad pedes tuos.* Similiter תכה, ראבע Synonymum
 faciens תָּ מִשָּׁךְ *trahi, sequi.* Ita namque ille: והנכון שהוא

כמו נמשכו והטעם שילכו אל המקום ששם הארון
Vera expositio est, quod significet
tracti sunt, ut sensus sit: quod ituri sint ad locum, ubi arca, quæ
erat scabellum pedum Supremi Numinis. Agnoscit & eandem
 Rad. cum Lud. de Dieu in Crit. sua S. V. T. Eduard. Leigh p.
 340. in significato *accumbendi*, in quo apud Arabes in usu est.
 Ritu *accumbendi* Veterum in conviviis, (quem in specie radix
 Arabica exprimit) ad confessionem discipulorum ad suorum pe-
 des Doctorum, de qua hic sermo, accommodato. *Non aliter*
enim, verba sunt Autoris, discipuli olim accumbant pedibus
Doctorum, quam convivæ mensæ. Conf. conterraneus Henricus
 Ainsworthius in h. l., qui Græcorum inde *ἄνωθεόω* sedeo mutua-
 tum conjicit, (quanquam reclamante *Christ. Beckmanno* libello de
 Origin. lat. lingv. p. m. 772. Græcorum *ἄνωθεόω* potius ab
 Hebr. תחה derivante, quod noceat locum inferiorem, in quo se-
 demus,) nec non *Jacob. Alring* Schilo Lib. III. cap. VII. pag.
 169--171. Quæ jam his positis nos compellit necessitas, ut
 his omnibus neglectis uni illi adhærescamus analyti? Urgebitur
 eadem denuo *Esa. I. 5.* obvia forma, sed à rad. תכה. Respon-
 det verò pro nobis iterum ראבע comm. ad istum *Esaia* locum,
 rationem differentis significationis afferens Grammaticam:
 תיו תכו לרגליך שורש על משקל ושפו עצמותיו ובמקום
 : הזה הוא לנוכו: *In* תכו לרגליך (*Deut. XXXIII 3*) *ra-*
dicale est Thau ad formam eminenti ossa ejus (*Job.*
XXXIII. 21.) hoc verò in loco est indicium secundæ personæ. Ac
 (4) quascunque tandem admetiatur nobis *Wasmuth* in Gram-
 mat.

mat. sua voces, in quibus idem ad exemplar literæ formativæ generum aut temporum confundantur, nos tamen iis הרגלתי nostrum non annumerabimus, quamdiu simplicior illud resolvendi datur methodus. Quod denique (5) oggeritur sententiæ patronis in מכלל יופי fol. CXLIV. col. IV.

בתחלת המלה לה מצאנו חלוקה תו בהנה
In principio vocis non reperimus Thau alternare pro ה ipsis commeditandum relinquimus.

§. XIV.

Videamus nunc dimissis hisce, quam bene procedant, qui succedebant statuentes formam aliquam in voce nostra ex Futuro & Præterito observari mixtam. Nimia est, quæ ab his infertur voci, vis, contorta nimis, quæ ex eorum profecta ingenio, ejusdem resolutio. Proh enim quantus hic cianus! quanta hæc confusio! concresecet secunda Futuri Kal cum prima Præteriti Hiphil, & erit confusio, (1) conjugationum, (2) personarum. (3) temporum. Quare acutè argutèque urget contra sententiæ Promachos celeberr. Danzius in Literat. Ebr. Chald. cap. V. §. XLII. Obs. II. p. 387. in notis, quod ita *cum compositione Temporum, insuper etiam confunderentur persone; quoniam affirmativo-prime persone-conjungeretur præformativum-secunde persone.* Nec tollunt dubium, quæ producebat in hanc sententiam Lud. de Dicu, exempla יורעתי scil. ex 1. Sam. XXI. 3. & ותבאתי ex c. XXV. 34. Non enim illa huc pertinent. Malunt alii in priori illo esse loco ה, יורעתי pro יורעתי Vid. מכלל יופי fol. LXIV. col. III. Et Wasmuthi Gramm. Hebr. Reg. XXXVII Memb. IV. p. 178. (2) Reg. XLIII. (β) p: 200. Et feliciter adhuc se extricat hinc nominatus jam magni nominis Danzius l. c. ex solo illud derivans præterito Piel, ו, posito loco Dagesch fortis, quemadmodum in שורש Esā. XL. 24. למשפטי Job. IX. 15. & aliis. Conf. ejusdem cap. §. XLI. III. Obs. V. (α) p. 375. Quod autem ad posterius ותבאתי agno-

agnoscimus equidem in eo formam aliquam ex Futuro mixtam & præterito; absit aut tanta, quanta si illi applauderemus sententiæ, admitteretur in תרגומי confusio. Est aliqua temporum, nulla tamen personarum; cum י illic (fecus ac in nostro) neutiquam affirmativum sit primæ personæ, sed vel *paragogicum*, ceu in vocibus וכתתי Jer. III 4. וקראתי Job. XXII 21. Conf. *Danzius* l. c. Obs. III. p. 386. in notis, vel *redundans*, quod notant *Masorethe*. vid. *Wasmuth* l. c. Alia igitur, quæ propius accedant ad similitudinem vocis nostræ, poscimus ab interprete erudito, ut objecto satisfiat dubio.

§. XV.

Gemina illa adhuc superest via, quam præscribebat hic interpretres *Hofæ* elegans *D. Sebast. Schmidt*, quando ad Arabum nos amandabat verborum flexiones, vel præterea ad singularem aliquam ac irregularem vocem substratam reduci posse formam Conjugationis Hithpaël asseverabat. Singularem, fatemur, sapiunt hæc ingenii Schmidiani subtilitatem & eruditionem non vulgarem; nihilo minus tanta non sunt, ut omni sint majora exceptione. Arabismos (quantum ad primum) in S. Textu non negamus, nec Arabes certis in casibus consulere vetamus; neque enim dubitamus, quin feliciter satis propositum attigerit scopum *Eduard. Pocockius* in Not. Misc. ad Port. Mos., in quibus probaturus erat, quod dicit ipse cap. I. p. 2. *Et lingvæ Arabicæ ad Veteris Testamenti, Et Rabbinsorum discipline peritiam ad Novi Testamenti textum feliciter enucleandum, haud parum conducere (ne dicam necessariam esse) Mater enim est Hebræa lingvæ, verba sunt M. Christi. Reinæccii* in Præfat. ad dictas *Pocockii* notas f.)()(2. *sed quæ tradidit suas dictionum opes filiabus, à quibus hodie repetende sunt, filiaque blandæ sæpius eloquuntur nobis, quod mater reticuit. Fons est Hebræica lingvæ sed qui aquæ suæ amplitudinem effudit in rivos, in quibus, quas non amplius in fonte deprehendimus guttas (vorum radices Et significatus) querimus feliciterque reperimus.* Haudquaquam tamen hæc vel à nobis, vel ab aliis

ita disputantur, ut posthabita etiam Hebræa, ad Arabicam statim confugiam svadeamus linguam. Non est ara hæc petenda, nisi sint, quæ pellant, nec a filia quærenda sunt, quæ à matre haberi possunt. Addimus, quod circa *radices significatiuæ, vocum* (quod asserbat *Reineccius*) magis, quam verborum formas hancce indulgeamus libertatem. Minimum quantum ad has exempla ab Auctore postulamus. Verum enim verò non minus hoc, quam alterum illud (de conjugatione Hithpaël) ne quid de eo dicamus amplius, sine exemplo asseritur, unde saniora magis perquiramus oportet.

§. XVI.

Suggesturos se talia nobis credent procul dubio, qui Propheticum תרגלתי conformant voci v. 13. c. XLVI. Esa. insertæ תפארתתי, sicque nomen ex eo faciunt in statu affixo, quod non fecus ex radice pullulaverit רגל, quam quidem postremum hocce ex rad. פאר. Glaciem scidit *Rab. Mos. Kimchi* notatus à gen. n. ano *Rab. David Kimchi* hisce suis Fratris inspergente sententiam meditationibus: ורבו אחי רבי משה זכרונו לברכה אמר כי תפארתתי הוא שם תרגלתי כפלס תפארתתי *Et Frater meus Rab. Moses (Kimchi) pia memoria existimat nomen esse תרגלתי ad formam תפארתתי*. Secuti sunt viri in luce versantes, suaque florentes gloria Ex Judæis sat nobis familiaris *Rab. Salom. ben Melech* f. CXLIV. c. IV. ad recensitam Rabbini opinionem adjiciens: והוא הישר *Idque veritati consonum*. Ex cæteris *Celeberr. Danzius* l. c. p. 387. præligens: hoc (תרגלתי) *ad nomen referre forma תפארתתי unde Jesa. XLVI. 13. תפארתתי ornatus meus*. Ac tanquam pro aris & focis *D. Marc. Marinus* in Arca Noë Part. post. f. 286. col. I. *Nomen forme feminina, quod semel legitur in Bibliis cum affixo & prater normam productum תרגלתי, quamvis non desint, qui verbum potius esse dicant, & ה loco ה positum, quod nullo modo placet*. Conf. *Job. Piscatoris* Scholia ad h. l. p. 426. Comm. in Proph. Hof. Veruntamen quo minus vel huic nos committamus viæ, momentosa sunt, quæ movent.

Moram

Moram enim (1) atque impedimentum ea in vocis penetrare cupientibus cunabula infert accentus, cujus alia in תרגלתי quam in תפארתתי est ratio, quandoquidem penultimam ibi, hic vero ultimam afficit syllabam. Amoliendæ quidem trabi isti illaborat primus nobis דאף על פי שבאה המלה רמק hac occupatione: *Licet enim occurrat vox illa*

מלעיל המשקל אחר הויה (תרגלתי) accentu notata in penultima, forma nihilominus utriusque eadem, rursus apud Fratrem רמק Comm. in h. l. Verum non nisi Sisyphi volvens saxum. Egregia namque fate-mur occupatio! Certè (α) hoc modo ingenio Judæi optime conveniente confundemus etiam מורי Psal. XXVII. 1. cum מורי Esa. LX. 1. eodem scilicet argumento: *Licet illud Milra, hoc verò sit Milet, forma tamen eadem*, cum hoc tamen imperativus, illud vero nomen sit in statu affixo. Non est igitur (β) pretii adeo parvi Toni deputanda differentia. Sat enim habet illa ponderis, ac alium illico voci illinit colorem. Imo על ידי

הנקוד והננינות נרע פסוק הטעמים ופטר הפסוקים ודמלורו ope punctorum & accentuum simus distinctionem sensuum vel sententiarum, & interpretationem versuum & dictionum singularium, sunt verba Autoris Tractatus illius, qui est circa Masoram finalem Bibliorum majorum, citati à Job. Buxtorfio fil. in Tract de punctorum & accentuum origine &c. Part. I. p. 258. Necdum audemus his positis (γ) pro una eademque geminas illas, Propheticam scil. & à Rabbinò objectam venditare formas, siquidem tono alteram ab altera discrepare observemus. Quamquam proinde concedamus de absolutis תרגלה, atque תפארת, negamus tamen & pernegamus, si cum suis voces spectemus incrementis. Non quippe in תרגלתי perinde atque in תפארתתי affixi primæ personæ præsentat faciem תו, cum non descendat ad illud accentus, quod secus fieret omnino juxta Reg. IX. Memb. II. Wasmuthi, nisi cum D. Marc. Marino l. c. præter normam penacutam relictam dicere velimus vocem, quod temerarium

rium nimis ducimus. (2) Accedit & hoc, quod nec versiones huic superstructæ fundamento πάντα τὰ ὄντω habeant. Sive enim *Marinum* sequi malis vertentem: *Ego vero* תרגלתי *itio mea erat ad Ephraim*; sive *Piscatorem*, qui ita: *Ad me vero quod attinet, incessus meus ad Ephraim* (accommodatus fuit) sive denique *Danzium* hæc progerentem: *dum mea, mea inquam assuetudo cum Ephraim*, i. e. *dum nutricis instar benignissime tracto Ephraim*, ille suscipit *idola brachiis suis* &c; in *Marino* nullum sensum, in *Piscatore* versionem invenies docte jam hisce à *D. Job. Tarnovio* Comm. in h. l. p. 293. explosam: *Accentus* (ad ואנכי) ita interpretari vix patitur, qui tantum est *Mahpach minister*. Conf. *Esa. LXVI 18. &c.* in *Danzio* tandem evidentiora desiderabis exempla. Nam in iis, quæ adducuntur à *Viro* incluto, alia accentuum existit conditio, nec in unico, qui hic adpositus, deprehenditur servus. Quodsi idcirco approbemus etiam in prolatis illis locis, declinabimus tamen in hocce, interpretationem huiusmodi ob maximam accentus disparitatem. Quocirca totam tandem deferimus sententiam, permoti insuper gravi *R. Abenesra* monito, in libro מאזנים f. CXCIX. col. II. כל פירוש שאיננו על פירוש הטעמים לה תאכזה לו ולת תשמע אליו *Quæcunque expositio non est ad rationem accentuum, ne arripito eam, nec audito eam.*

§. XVII.

Grate interim excipimus ab interpretibus memoratis subministratum nomen תפארת formæ consonans תרגלת cumque eo nos ex omnibus tandem auspicato emerfuros nosmet speramus difficultatibus. Saltem dicamus adsutum illic in fine י esse paragogicum. Analysis ita (י) nihil quicquam habebit nævi. Enim vero apposito nomini תרגלת י paragogico cum præmissis Chirek, ac mutatis mutandis, utroque scilicet Sæghol in Scheva assumpta denique pro priori Scheva vocali perfecta, regulariter prorsus Propheticum prodibit תרגלתי, fietque

32

fietque à תרגלת non fecus atque ab אִתְּבֵתִי, אִתְּבֵרִי
 אִתְּבֵרִי, אִתְּבֵרִי, אִתְּבֵרִי, אִתְּבֵרִי Conf. *Maith. Wasmuthi*
 Grammat. Hebr. cap. II. Reg. XVI. Membr. IV. n. (2) p. m. 48.
 cap. VII. Sect. III. Reg. XLVI. Memb. IV. Not. (3) p. m. 229.
 seq. Neque (2) ferient nos, quibus pressi infeliciores, quot-
 quot audivimus hucusque; Et enim carere sic facile poterimus
 Rad. quadrata, & nomine ficto תרגיל; perficiemus rem nec mi-
 nima adjuti vel mutatione vel alternatione; nec porro tot ac
 tantis confarcinatum farturis vocem faciemus centonem; nec
 Arabum opus erit subsidio, nec ut singularem quampiam in Con-
 jugatione Hichpael quæramus anomaliam; nec denique de obdito
 aliquo ab accentu querela erit obice, nec quod aliis in §. præced.
 eveniebat, objici is nobis poterit, cū facile eundem toleret in pen-
 ultima litera paragogica. Conf. *Wasmuthi* Gramm. cit. cap. II.
 Reg. XVI. Membr. IV. n. 5. (2) p. m. 48. Omnis adeo tandem pe-
 nitus exspirabit difficultas. Quo magis propositæ agglutinemur
 sententiæ, pellicit (3) nominis arrepti qualitas & conditio. Ut
 plurimum (quod exquisitior rei docebit indagatio) nominibus
 subnexum reperitur י illud paragogicum, quæ sunt generis fe-
 minini, tale est & nostrum תרגלת per cap. III. Reg. XIX. Memb.
 III. p. 65. Grammat. *Wasmuthi*; tanto facilius ea propter י tale re-
 cipere potuit. Imo eo magis, quo tenerius exprimendum hic
 erat fœmininum, quoque tenerior, quo delicatior est, quem
 ipsa implicat, amoris affectus. Sed nec postremo (4) pro-
 pter novitatem irruere in odium nostra valebit meditatio. Jam
 etenim ante nos fuere, qui revelarunt arcanum delitescens. Ex-
 presse *Cornel. à Lapide* convulsa verbali Vatabli, Ariæ & aliorum
 hebraizantium & analysi & versione, id pro vera demum recipit
 sententia, quod nomen sit תרגלת cum י paragogico. *Verum*,
 scribit, Comm. in h. l. p. 172. *melius magisque præcise vertit*
Noster nutritus, id est nutritor, vel nutritrix. Hoc enim proprie
significat תרגלת tirghelet, & addito Jod paragogico תרגלת
(quod

(quod plane diversum est ab *birgalti*, id est, *incedere feci*; hoc enim verbum est, illud nomen &c. Cui adjungimus, quotquot cum Vulgato vertunt: *Et ego quasi nutricius* &c. veluti *Isid. Clarium*, Hug. *Grotium* Comment. in h. l. vide T. IV. Crit. S. fol. 6359. & 6366. *Job*, *Henric. Ursinum* Comm. in h. l. p. 229. & alios, quos omnes cum non affixum primæ personæ in suis expresserint versionibus, ⁿ illud paragogicum æstimasse suspicamur.

§. XVIII.

Quandoquidem igitur secundis hac ratione auris materiæ quasi involavimus propylæo, transabeamus, inque ipsam ingressum tentemus oportet arcem. Nimirum perspecta vocis flexione, nucleus, qui sub ejus reconditus putamine, erendus venit, qui non æque secunda ab omnibus exemptus videtur opera. Nam & ii, qui nobiscum in nomen consentiunt, aut ad minimum consentire videntur, non magis conspirant omnes, quam qui verbi prætulere formam, nec æque perfecto cum gaudio singulos geminum illud *εὐγενῆ* Archimedium exclamandi materiam habere censemus. *Cocceus* enim quidem utcunque sive verbi, sive nominis sub forma spectetur vocabulum, eundem provenire sensum opinatur. Si namque verbum arrideat, verti posse: *Et ego pedem contuli Ephraïmo*, habe *Ephraïm den Fuß gesetzt*. Vid. *Lexicon* Autoris p. m. 788. sin nomen, idem pariter significari, *collationem* scilicet *pedis* & *conflictum* ad suam insuper adducens autoritatem LXX. vertentes (ceu audivimus) *συνεπρόδισα τὸν Ἐφραϊμ*. Sive sit *acuta* (vox תרגלת) scribit *Comm.* in h. l. T. III. Opp. p. m. 459. à nomine תרגלת, & *affixo*, sive *penacuta* (ut *exemplaria* habent) & *prima persona à verbo תרגל* quod sit admodum verbi תרגל unde תתחרה *Jer. XII. 5.* utcunque sit, ex re ipsa appareret, significari *collationem pedis* & *conflictum*, LXX. (in *Lexico* l. c.

l. c. insertum *Et quomodo LXX*) συνπρόδισα τὸν ΕΦραϊμ. More scil. luctantium egisse se cum Ephraïmo indicare Deum velle ex *Coccejana* hac intelligimus explicatione, qui congregantes pedes conferunt, victricem partis adversæ meditates supplantationem. Id etenim luctæ genus antiquiora præprimis non ignorasse tempora, ambabus facile quivis largietur manibus. Ne quid dicamus de Hercule & Acheloo, ex Epico *Ovidii* Lib. IX. *Metam.* T. m. II. p. 448. v. 42. seqq. carmine:

Digredimur paulum; rursusque ad bella coimus,

Inq; gradu stetimus, certi non cedere; eratq;

Cum pede pes junctus.

Vel de hostili agminum Trojaniatqve Latini concursu, de quibus *Virgilius* Lib. X. *Æncid.* v. 360. seqq. T. m. III. p. 572.

Haud aliter Trojana acies, aciesq; Latina

Concurrunt; hæret pede pes, densusq; viro vir.

Quibus similia ex Homero excerptis *Macrobius* *Saturnal* Lib. V. c. XIII. & Lib. VI. c. III. Ne quid de aliis. Conf. tamen *Hieronymi Mercurialis* de arte *Gymnast.* Lib. II. cap. VIII. *Jul. Caf. Scaligeri* Poët. Lib. I. c. XXII. *Petri Fabri* *Agonist.* Lib. I. cap. X. XX. & alibi passim. *Luciani* *Dial.* *Anacharf.* & *Solon.* de *Gymnaf.* T. II. Opp. p. m. 269. seqq. Saltem de Hebræa verba faciamus gente. Non de nihilo profecto conjectura est *Job. Clerici* *Comm.* ad *Gen.* cap. XXXII. p. m. 249. fantis: *Videtur in Oriente, quemadmodum apud Græcos, qui pleraque Orientalibus, unde genus ducebant, debuerunt, lucta in usu fuisse, atque exercendi corporis gratia, amici cum amicis sæpe solis viribus certasse, &c.* Neque specialior illa *Comm.* in *Jud.* cap. XV. p. 134. conjiciens: *Luctam. Et ejus artes non fuisse ignotas Orientalibus, licet postea apud Græcos magis floruerint.* Subsumere nobis facile licebit sub hac à *Clerico* formata quasi Majori, luctatorium illud in pedum collatione positum artificium, siquidem vel in *Jacobi* *Patriarchæ* saltem cum *Angelo* luctam attentos habeamus oculos, hisce *Gen.* XXXII. 24. delineatam: וותר יעקב לותר איש עמו ער עלות השחר Non defunt equidem, qui malunt verbi *יאבק* significationem deducere ex nomine *אבק* pulverem designante, vel quod luctantes pulverem pedibus excitant; vel quia in arena, & corpore arena sparso, luctari solebant. vid. *R. Aben Esra*

E

Comm.

Comm. in h. l. *Dan. Fesseli* Advers. S. T. II. L. VIII. cap. III. §. VII. p. 252. seqv. *Joh. Clerici* Comment. ad h. l. c. D. *Abrah. Calovii* Exercit. Acad. de mirabili cum Filio Dei Jacobi lucta &c. Sect. Phil. §. IV. *Joh. Meyeri* Dissert. Theol. Phil. de non comedendo nervo coxend. &c. p. 55

nihilominus tamen ex Judæis est ויתקשר, qui ויאבק per ויתקשר וילן שהוא לשון exponere, amat ita Comm. in locum istum scribens: ויתקשר ולשון ארמו הוא בטר דאבקו בידו ואבקו ליה מיבק לשון עניבה שכן דרך שנים שמתעצמן להפיל, מיהו ויתקשר מיהו ויאבקו ואבקו בורעותו וגו. *Mibi videtur,* quod idem notet (ויתקשר) quod ויתקשר, ex idiomate Syro, notione conjunctionis, quia sic fuerunt duo qui corpora nesciunt, ut alter prosterneat alterum, qui amplexibus se mutuo cingunt luctantes. Conf. R. Jac. Abendana לקט שחכה ad h. l. *Talem*, subnectit testimonio Judæi *Joh. Henr. Heideggerus* אבות ראשי f. de Hist. S. Patriarch. T. II. Exercit. XVII. §. III. p. 513. luctam significari omnino persuasum habeo, quia ejusmodi luctatorum cominus congregientium & supplantantium pugnam satis innuit la sum ex ea connexionione Jacobi femur &c. Exasciata præterea sunt, quibus animosum cum Philisthæis certamen Samsonis percutientis eosdem ירך על שיק ceu refertur Jud. XV. 8. *Joh. Clericus* dilucidat Comm. in Jud. cap. XV. p. 134. sunt ea hujus tenoris: Cum Samson viribus inusitatis corporis à Deo acceptis uteretur, nec ullis armis instructus in pugnam descenderet; crediderim potius, apud Philisthæos, ludos gymnicos fuisse, ad quos, quicumque luctari velent invitabantur ex vicinia; atque ad eos ivisse Samsonem, luctatoresque omnes Philisthæos, qui forte magno numero erant, & gloriam sibi coexercitationis genere paraverant, prostravisse, eorumque femora, solo illo genuum aut tibiatarum, confregisse. Igitur crus femori impingere (quod est ipsi ירך על שיק) fuit in lucta Philisthæorum cum Samsonem, simile quiddam ei, quod Græci πρηνίζω & ὑποσπνίζω dicunt, hoc est, impaeto cruri crure luctatorem decipere Plura desiderantes delectabit idem *Joh. Clericus* ad Gen. XXV. 26. XXX. 8. &c. Eodem igitur artificio gymnico non adeo Orientalibus incognito Deum aggressum

gressum Ephraimum ex his sibi concipit verbis *Coccejus*, tum nimirum, cum acerbum illud Hof. II. 12. 13. 14. IX. 12. 13. 14. 15. 16. fustiori descriptum stylo iudicium eidem irrogavit. Interpres enim talis ipse suorum est verborum inspergens: *Hic proponit iudicium suum irrogatum Ephraimo, h. e. pleraque parti rebellanti; nimirum Judæis infidelibus. Hoc iudicium significatur voce תרגלתי — de hoc iudicio est Hof. II. Sc. (loca jam citavimus.)*

s. XIX.

At vero quo minus rem sat exantlasse dicamus virum doctum, variam habemus causam. Prima est, quod ceu invictum inque medio positum supponit, quod argumentis indiget. Neque enim adeo sole ipso meridiano clarius illucescit, collationem pedis, vel conflictum involvere vocem propositam, ceu quidem arbitratur ipse. Iniquum quidem foret, si posceremus ab interprete Cl. locum Biblicum, unde huiusmodi quædam huc transferri queat interpretatio, probe gnari, quod unanimi interpretum querela comprobatum: *κατα λέγόμενον* esse תרגלתי nostrum, nec reperiri vocem, unde natales ducit illud; interim tamen nec tam facili transiliendum saltu, quod monent interpretes Judæi: ענין רגל — *Nota est verbi significatio utpote sepius obvii in scriptis Doctorum nostrorum p. m.* Ad hos currendum, ubi ad Scripturam ipsam præclusa via est, minimum prius quam ad ingenii *Coccejani* figmenta. Jam in quo sensu habent illud Doctores Judaici? an in concertandi, pedesque conferendi? certe aliud dicunt diligentiores eorundem percursorum, nimirum שרוא כענין המנהג *quod ex significatione assuescendi exponendum sit.* Decertatum jam contra hos eat *Coccejus*, victorque redux suam demum nobis offerat loci expositionem. Sed videtur tamen gemina cum primis sententiam suam ratione fulcire Vir eruditus. Altera quidem autoritate LXXvirali, altera vero re ipsa, totaque nititur Textus S. connexionem. Utraque autem facili refelli valet negotio. Prolixiori prioris refutatione penitus hic supersedere possumus, autore saltem ad præced. s. VIII. IX. X. remisso, in quibus diffusius LXX. explicuimus; quantum at ad posteriorem, mirari initio subiit, rem aperte adeo in re ipsa fundatam unum advertisse *Coccejum*, quasi vero coeteri Minerva nati tam ini-

qua fuerint, ut crassis veluti circumfusi tenebris non observarint, quod dilucide ita *ex re ipsa apparet*. Videamus tamen præterea, quantum patrocinetur explicationi concatenatus Textus ipsius nexus. Sane si tenacius inharere ei velimus, beneficium potius, quam supplicium sive iudicium delineari videbimus. Tria enim veluti segmenta sunt cap. XI. Prophetæ nostri. Primum querelam Jehovæ justam habet contra ingratitude[m] populi Israelitici erga beneficia Jehovæ maxima: Secundum propterea pœnas gravissimas prædicat: Tertium tandem promittit tamen misericordiam sub N. T. per Christum. Conf. *D. Sebast. Schmidt* Comm. in Hof. p. 483. Ad primum spectat, qui sedes vocis nostræ est, vers. III. Scilicet comm. I. & II. blando, quo Israelem quamquam puerum petulantem ac sæpe numero paternum excutientem jugum complexus, amoris opponit Deus O. M. idololatridem illius idolorum atque Baalim venerationem. Jam comm. seqv. III. *qui supra dixerat*: sunt verba *Hieronymi* Comm. in h. l. T. VI. Opp. p. 34. *Puer Israel, & dilexi eum, & ex Aegypto vocavi filium meum, & postea intulit quod perpetraverit nefas, Baalim immolabant, & simulacris sacrificabant, nunc narras, quo Israel amore dilexerit &c.* sicque (ore loquimur *Cyrilli Alexandr.* in *Ose.* Comm. Tom. III. Opp. p. 158) ἀμέτερον ἔσαν, ἡ θεοπρεπή τὴν ἐνόσαν αὐτῶ δεικνυσιν ἡμερότητα. Τὸ μὲν γὰρ τοῖς ἡδη πεπιστευκόσι, ἡ ἐπεγνωκόσι αὐτόν, ἡ αὐτῶ δὴ μόνῳ προσκυνεῖν ἡγεμόνοις ἀπονέμειν τὰ ἀγαθὰ, λόγον ἂν ἔχει τὸν πρέποντα, ἡ ἐκ ἕξαι τῆ ἐκότητος τὸ χεῖμα κείσεται. Τιμᾶ γὰρ τις εἶπερ ἔλοιτο θεῶν ὁρθῶς, τὸν οἰκίον ἦν ἡ προσδεδαιμηκότα. Τὸ δὲ ἡ τοῖς βεβήλοις ἐτι, ἡ ἐκ εἰδῶσιν αὐτόν παντός ἀγαθῆ φαίνεσθαι χορηγόν, ὑπερβαλὴν ἂν ἔχει Φιλανθρωπίας, ἡ θαύματος, ἡ θεοπρεπῆς ἀληθῶς εἰπόδειξιν ἡμερότητος — Φησὶ *** τῆτέσι ὡ ἐξ Ἰσραὴλ, ἐπλανῶντο κατὰ τὴν αἰγυπῆον, ἡπῶ θεὸν ἠδῆσαν τὸν ἀληθινὸν ἐμῆ. Κατεφωρῶντο δὲ μᾶλλον θυσίας προσάγοντες τοῖς βααλεῖμ, τῆτέσι, τοῖς εἰδώλοις, θυμιῶντες τοῖς γλυπτοῖς, ἦτοι τοῖς τῶν ἐγγχωρίων σεβάσμασι. Ἐγὼ δὲ ἐπέειπερ εἰμὶ Χρησός. κ. τ. λ. *Immensam & divinitate ejus dignam inesse Deo manifestitudinem demonstrat. Fie enim, qui crediderunt, & ipsum cognoverunt, solumque adorare ceperunt, bona tribuere, videri posse conveniens, & ab equitate alienum non est. Unusquisque enim siquidem recte*

recte facere velit, jam deditum sibi, & a fide sua ultro pendentem honorat. At vero & profanis adhuc, & ipsum nescientibus omne bonum palam largiri, excellentem benignitatem & admirationem habet, & revera mansuetudinis Deo propria indubitabile est indicium. -- At ergo *** hoc est, Israelita in Aegypto errorem suum sequebantur, nondum DEum verum, me scilicet sciebant: comperti autem sunt magis Baalim, id est, idolis hostias immolare, & adolere thura simulacris, sive Diis indigenis. Ego vero, quoniam benignus & bonus sum Ephraim -- quam adeo stolidum colligavi &c. Vel etiam exaggeratur magis atque amplificatur commate hoc Illtio summa, de qua in secundo querela mota, populi ingratitude, ex eo, quod tum præcise, cum innumeris veluti stipatum se cerneret à Divina clementia beneficiis, Baalim & idola, quibus suas libabant dapes brachiis portaret. Pro hac connexionione militant Arias Montanus, Junius, quos sequitur Gallica versio observante Andr. Riveto Comm. in Hof. p. m. 345. seq. ubi hæc habet: Hic Arias Montanus & Junius, quos sequitur Gallica versio, existimant verbis his ultimis esse -- ingratitude populi reprehensionem, cui id objiciatur, quod cum Dominus per suos Prophetas assvesteret legi suæ, illi contra Baalimos & sculpriles, quibus sacrificabant & suffebant, brachiis suis portabant. Quæ quidem arguta nimis videntur Riveto, nobis interim non ita ægre ferentibus, cum Ciceronem norimus orat. in L. Calp. Pisonem cap. XXIX. pro laude dicere: Poëma porro facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit ARGUTTIUS. Satis hæc coherent, cum apud Coccejum contra contorta sint omnia & coacta; quod vel ex sola, qua connexionione suam collevare cogitur, apparet totius commatis versione, quæ hæc erit: Et ego pedem contuli Ephraimo, qui alios in brachia suscepi: Et non cognoverunt, quod sanaverim ipsos, quæ quam coactitia sint, vel leviori saltem imbutis Grammatices linguaque sanctæ peritia judicandum relinquimus.

§. XX.

Vix propius in hac sententiarum orbita à veritatis absunt centro, quæ restant aliorum nominis תרי"ג interpretationes, nec est, ut longi nimis simus in refellendis hisce, quinimo de eadem fidelia duos de

albari posse parietes confidimus. Memineris enim saltem ¶ paragogici sat robustis muniti §, XVII. argumentis: memineris præterea matris nominis verbi הרגיל, sive æque ejus adhærescas immotus significationi, & refutabis omnes. Sic scilicet nec vestigia premere audebis *celeb.* Danzii vertentis: *Dum mea, mea inquam assvesactio &c.* utpote qui antelato affixo primæ personæ ¶ expungere videtur paragogicum; neque *Piscatoris incessus*, neque *Marini irio*, neque quæ reperitur apud *Matth. Polum* in Synopf. Crit. ad palatum erit versio: *ambulatio mea erat ad pedes Ephraim*, cum hæc præterea strictiori abundeque à nobis inculcato repugnent verbi הרגיל significatui, quo omnino ipsius nominis metienda vis est. Sed quid mihi, dices, cum tot tandem vix calculum merentibus Autorum sententiis? verum dici malim, ac semetis aliis genuinam denique audire vocis expositionem? ita ergo extingvere satius erit, quam affuso veluti oleo desiderii augere flammam. Id quo fiat, omnium placere maxime *nutricis* significationem ingenue jam fatemur. Habeat sibi *Vulgatus* propensum in Deo *nutricis* affectum elicere cupiens ex voce ותנודלני Pl. XXXI. 4. hac versione: *Propter nomen tuum deduces me & ENUTRIES me*; nos ex תרגלתו felicius extrahemus. Nam (1) favet *assvesaciendi* significatio verbi memorati הרגיל quæ serenam satis affundit lucem significatui huic nominis inde formati תרגלת. Duo secus sunt imprimis, quæ nutricem denominant Hebræis vocabula. Præbent alterum loca Gen. XXXV. 8. cap. XXIV. 59. 2. Sam. XI. 2. sonans: מניקת; alterum locus 2. Sam. IV. 4. sonans: אמנת. Illud est ab הניק *Lactavit*, ac istud in nutrice tenerioris delineat amoris officium, quo mammas dat, ubera admovet, sequæ ipsam bibendam quasi præbet lactenti suo: Hoc ab ממן *nutrivit*, si *Buxtorfio*, vel *gestavit*, si *Jobanni Clerico* credis, qui Num. XI. 12. ad vocem הומן observat: *Hæc radix ubi sermo est de infantibus, qui nutricantium curæ commissi sunt, proprie gestare significat.* Nutricem adeo seu nutrientem, seu brachiis infantem sustinentem designat (tametsi postremum hocce haud præcisè nutriculæ altricis sit proprium, sed vel Nahomi aniculæ ubera nequaquam præbenti tribuatur Ruth. c. IV. § 6. conf. *Clericus l. c.*) Jam quid obstat, quo minus huicce vocabulorum

rum bigæ adjiciamus tertium תרגיל, ab *assuefaciendo deducendo, ambulare faciendo, quod etiam nutritis opus est*, ceu recte judicat *Casp. Sanctius* Comm. in h. l. Accedit (2) unanimes fere interpretum consensus. *Vulgatus* enim cumque eo alii adducti §. XVI. expresse: *Et Ego quasi nutritus Ephraim, id est, nutritor vel nutritrix* interprete *Corn. à Lapide* Comm. in h. l. Imo quotquot vel verbi etiam arripit forma, ad nutritis tamen confugisse minimum allegoriam videas. In *summa*, verba sunt *Andr. Riveti* Comm. in h. l. *plerique interpretes ita accipiunt, quasi pedetentim puerum ad gradiendum assuefacere significet, & docere incedere. Similitudine a NUTRICE sumpta.* Quibus gemina dicit *Francisc. Ribera* Comm. in h. l. p. 156. recensitis variis variorum de loco nostro sententiis, tandem concludens: *Sed cum hæc omnia nutritis sint, eodem recidunt, significat enim NUTRICIS officium gessi.*

§. XXI.

In specie vero, in quo nutriti se comparat Deus clementissimus, observandum tertium est. *Albertus M.* Comm. in locum nostrum T. VIII. Opp. p. 38: *Nutritius semper cibum parat infantulo, & sic paravit cibum, Manna scilicet & coturnices.* Pergit in comparatione *Rupertus Tuit.* Comm. in h. l. ita scribens: *Miram Dei patientiam, cujus & Paulus in Actibus Apostolorum meminuit his verbis: Et per XL. annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto, præsens locus, quamvis breviter, magnifice satis innuit.* Et ego, inquit, quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis. *Sicut enim nutritius puerulum, qui nondum ad intelligibilem ætatem pervenit, sed nec discretionem adhuc habere potest boni ac mali, patienter suffert, & infantiles ejus ineptias, quamvis interdum commotus reverberet, adhibitis sæpius consolatur blandimentis sic Dominus Deus, qui hæc loquitur, populum rudem & spiritualia nescientem mysteria celestis regni Dei patienter sustinuit, & quamvis multorum ex illis corpora prosterneret in deserto, residuis tamen multis & magnis blandiebatur miraculis, circumducens illos & docendo (ur Moyses ait) & custodiendo quasi pupillam oculi sui.* Ac certe quodsi nutriticem inter atque DEUM O. M. exactiorem facere velimus collationem, plura credo reperiemus collationis argumenta, plures benevolentia diuinæ in Ephraim figuras, ubi saltem ad amorem, ubera, brachia puerum susti-

sustinentia &c. oculorum conjecerimus aciem. Forte etiam inserviret artificiosa illa nutricum apud Spartanos cura, de qua *Plutarchus* in *Lycurgo* T. I. Opp. p. m. 88., *Circa nutrices utebantur cura cum arte commixta, ut ab iis infantes absque fasciis enutriti, membra atque formam liberalem nanciscerentur, faciliqve victui & inedia adsuescerent, neque tenebris aut solitudine perterrerentur, molliqve impatientia stetusque essent expertes.* Conf. *Theod. Zwingeri* *Theat. vit. hum.* Vol. XX. f. m. 3667. Verum enim vero hæc præcise huc non spectant, unicum est, quo Deus ipse digitum intendit, comparationis tertiam, consistentem in *assvesatione puerorum ad gradiendum.* *Illam enim (nutrix) loquimur cum Casp. Sanctio* *Comm. in h. l. pueriles pedes ad incessum informat, plostellis imponit, munit serperastris, ambulare denique facit non solum utiliter, sed etiam eleganter;* ita iisdem profectum se esse Ephraimum officii, testatur supremum Numen, ונאכני תרגלתי לאפריים inquit, usus vocabulo אפרים *assvesaciendo* formato, ceu supra monuimus: Vocabulo, quod sumtum ab infantibus, quos nutrices docent pedibus incedere, quod Latini veteres dicebant pedare unde hodieque adhuc remanet: *repedare, i. e. pedibus ire,* verba sunt *Job. Drusii* T. IV. Crit. S. f. 6360. Scilicet comparaverat eum in antecedentibus puero, ונאכני כן נער ונא quamvis puer &c. atque quia comparavit ipsum puero, usus est hoc verbo, ac si dicat; *sicut puerum assvesaciunt, & docent ambulare sensim ac pedetentim sine fatigatione, sic &c.* inquit doctus ille inter Hebræos apud *Francisc. Varablum* T. IV. Crit. S. f. 6357. quem *Kimabium* esse suspicamus, qui eadem edisserit *Comm. in h. l. hebraice:* ולפי שהמשילו לנער אמר עליו זורח הלשון כמו שמרגליו ונא Addimus versiones alias exacte tertium hocce exprimentes, veluti *Pagnini & Drusii:* *Ego assveseci ire Ephraim, Belg: Ich nochtrans leerde Ephraim gaen. Celeb. Dantzii: Dum mea, mea inquam assvesactio cum Ephraim &c. Angl. I taught Ephraim also to goe. Gall. Et j' ai appris à Ephraim à marcher. Sanctii: Munivi serperastris,* quarum ad imitationem nos strictius nominaliter verteremus: *Eram assvesatrix aut (si cum proficis loqui fas est) pedatrix Ephraimo,* in lingua vernacula forte accuratius:

41

34 war Ephraim eine Gänglerin. Accurate denique B.
Lutherus in Glossa: (ich leitete ihn) Wie die Mutter ein
Kind gängelt und lehret gehen und führet es bey den
Armen.

§. XXII.

Restat, ut paucis & in tempus & in modum, quo tale
quid præstiterit vel talem se præbuerit Ephraimo Deus supremus,
inquiramus. Vix vero illustrem utriusque inferri posse facem
confidimus, ni gemina in antecessum fuerint præmonita. Pri-
mo scilicet, ne in objecto hallucinemur, probe decidendum
judicamus, quid h. l. nomine *Ephraim* indigitetur. Quid
enim? an Ephraimum gnatum Josephi huc revocabimus, capti-
forte cum nausea a nobis recensitis sub calcem §. VII mi bece-
selenis Judaicis? vel num de tribu hujus nominis verba Supre-
mi intelligere, tantis adeo ea claudere angustiis fatius erit?
certe ad saniora tendamus oportet. Est igitur jam supra no-
tatus a nobis *Job. Coccejus*, qui nomine Ephraim plerumque
partem rebellantem, sive Judæos infideles venire hic arbitratur,
statuens, proponere Judicem excelsum h. l. *judicium suum ir-
rogatum Ephraimo*, h. e. *plerumque parti rebellanti, nimirum Ju-
dæis infidelibus*. vld. §. præced. XVIII. in fine; ast falsa ex hypo-
thesi, quemadmodum ex §. XIX. dispalescit. Nos, qui de be-
neficio malum quam judicio verba accipere, quidni cum *Cy-
rillo Alexandr.*, *Alberto M. Job. Piscatore* & aliis dicamus,
Ephraim universas decem regni Israelitici tribus, sive univrsam
includere Israel? imo ad oculum hoc patebit, quodsi saltem in
quo versamur, comma III. cum præced. I. attentius paulo con-
tulerimus; ita namque פְּרָאִיִם atque שְׂרָאֵל ceu duo
ισοδυναμῶντα permutari oppido apparebit. Nimirum in isto
commate I. de *Israele* sermo est manifeste, expressum reperitur
F illic

illic *Israelis* nomen, ubi dicitur: כִּי נָעַר וְיִשְׂרָאֵל וְגו', atqui continuatur de eodem *Israele* oratione non interrupta sermo & commate seqv. II. ac in III quod in II. dictum de eodem exaggeratur magis atqve amplificatur per præced. s. XIX. nil adeo in eo nisi nomen immutatur. Causam vero si requiras, ob quam fiat, ut sermone de universo instituto *Israele* unice nominetur *Ephraim*? respondebit prompte רִיק Comm. in h. I.

זָכַר אֶפְרַיִם לְפִי שְׁהוּוֹ עָשָׂה הָעֲנָלִים וְאָמַר וְאִךְ
 יִגְמַר לִי זֹאת כִּי אֲנֹכִי עָשִׂיתִי לָהֶם כְּמֹה טוֹבוֹרָתָ
 וְהִרְגַלְתִּים לְרַגְלִים וְלֹא הִטְרַחְתִּים בְּמַצּוֹתַי וּבַעֲבוּדוֹתַי

*Meminit Ephraimi, quod ille fecit vitulos; sensus ergo est, at quare retribuit mihi talia pro tot ac tantis, quæ exhibui ipsi beneficiis? quando pedibus ipsum incedere recte docui, neque oneravi præceptis meis & cultu meo? & eodem fere modo Rupertus Tuit. in h. I. scribens: Nec vero abs re per nomen hic Ephraim exprimitur, cum hac una tantum tribus fuerit illius populi, sed quia major ingratitude tribus fuerit illius, exitit in eo, quod Hieroboam de tribu Ephraim vitulos aureos fecit, recte gravius eadem tribus denotatur, ubicunqve poriora super ingratam gentem commemorantur beneficia Dei. Ratione denique alia D. Paulus Crellius in Nov. Promptuar. Bibl. sub voce EPHRAIMITER pag. m. 138. (Ephraimiter) heißen und bedeuten im Propheten gemeiniglich das ganze Reich *Israel*, des Königlich-er Sitz *Samaria* gewesen, und diß darumb, dieweil dasselbe mit *Jeroboam*, einem *Ephraimiten* den Anfang genommen. Deinde quantum ad tempus, præsupponendum est generatim Prophetam sive DEum per Prophetam loquentem eas cum primis respicere atates, quibus populus infanus vana coluit, & corde sinistro religiosa sibi sculpsit simulacra;*

era; eas, quibus victimas לבעלים cecidit, ac inanium reli-
 quarum aris imaginum adolevit honores. בעלים quid notent,
 vel illis notum putamus, qui antiquitatem Hebraeam à limine
 salutarunt. Notum nempe (utimur verbis *Job. Clerici* Com-
 ment. in Jud. II. 11.) est, voce בעל significari Dominum pri-
 migenia notione; quia vero Deus omnium rerum Dominus est,
 ideo Phœnices vicinique populi sic vocarunt Deum, ut Hebraei
 Adonai, quod idem sonat. --- Ut autem non unus erat apud
 Phœnices aliosque populos Asiae Deus: sic nec unus fuit Ba-
 bal. Quare eos distinguebant, additis veluti propriis nomini-
 bus, cum Babal nomen esset totius generis. Sic erat Babal Sa-
 men בעל שמים Dominus aut Deus caeli, Babal Pheor
 בעל פהור Deus Pheor &c. --- Hinc intelligere licet, cur nu-
 mero plurali utatur Scriptura, dicatque ab Hebraeis cultos Baha-
 les בעלים. Avidos hic abunde præterea satiabunt *Joan. Sel-*
denus de DIs Syris Synt. II. cap. I. *M. Andr. Beyerus* in Addi-
 tam. ad cit. *Seldeni* locum p. 276. quosque toto sacco admeti-
 tur *D. August. Pfeifferus* Difficil. Script. Locor. Cent. II Loc.
 LV. T. I. Opp. Phil. pag. 178. Horum itaque בעלים
 sculptiliumque quando vacabat Israel cultui, tempus est, quod
 observandum nobis in expositione dicti Prophetici, cuius rei
 unicum argumentum esto id, quod statim additur קחם על
 זרועתו quod duce *Imman. Tremellio & Francisc. Junio*, nec
 non *celeb. Danzio* interpretamur in hunc sensum: *DIUM* ego
benevola sum Ephraïmo assuesactrix, ille suscipit illa (Bahlimos
 videlicet, & sculptilia, quorum meminit in præced. versu)
brachiis suis, ut scortum impudens, glossa est Imman. Tremellii
in h. l. & in libidinem omnem exardescens, passis ulnis amplexans
amatores.

Hiscæ ita rite præmonitis ac præsuppositis dicimus, DEum benignissimum Ephraimo seu universo Israeli nutricem sollicite ad gradiendum assuefacientem, sive (liceat una voce Germanice dicere) eine Gångherin fuisse primo in chronico ejusdem per desertum itinere. Ea enim tempestate dicta idola ratione brachiis excepisse suis Ephraimum huncce, si nihil aliud, vel sola vituli ab Aarone coacti historia Exod. XXXII. copiosius descripta querulo comprobatur argumento. Verum ecce! brachiis idola suscipit, dum DEus blanda ipsi assuefacitrix. Certe talem se populo effreno exhibuisse DEum in eremo, exquisitior historiæ sacræ abunde edocebit perlustratio. Videlicet ut sigillatim dicamus, factum hoc, ubi cum eduxit ex Ægypto per tot tamque molestas profectiões sine ulla tamen itineris molestia. R. David Kimchi in h. l. כְּמוֹ שֶׁמְרַגְלִים הֵנָּה לְיֹדֵךְ מֵעַתָּה בְּלִי טוֹרַח כֵּן כְּשֶׁהִסְעֵתִיבִים מִמִּסְעֵי לְמִסְעֵי בְּהוֹצֵאתִי אוֹתָם מִמִּצְרַיִם הִסְעֵתִיבִים מֵעַתָּה מֵעַתָּה בְּלִי טוֹרַח הָעֵנָן הוֹלֵךְ לִפְנֵיהֶם יוֹמָם וְעֶמֶד אֵשׁ לַלַּיְלָה *Quemadmodum puerum assuefaciunt & docent ambulare sensim ac pederentim sine fatigatione; ita quando eduxi eos ex Ægypto per tot tantasque profectiões deduxi eos sensim, ac pederentim sine ulla fatigatione: nubesque eos precedebat interdium & columna ignea noctu.* Quibus postremis respondent Glossæ interlinearis verba: *quasi pater eram, per diem abscondi eos nube, ne estuarent: per noctem illuminavi, ne tenebris terrerentur;* quibus fere gemina habet Hieronymus in h. l. qui videatur. Factum hoc præterea, quando in deserto eos duxit per avia, defendit adversus pericula, toleravit in sua malitia

malitia, ceu loquitur in Comment. suo super h. l. David Pa-
 reus Opp Theol. Tom. I. pag. 546. Audiamus insuper Andr.
 Rivetum Comm. in h. l. ita fantem: *Malim ergo cum iis sen-
 tire, qui alludi existimant ad beneficium ductionis in deserto,
 ubi nulla patebat via, quam DEUS monstrabat ducens eos per ange-
 lum --- & certe populum illum, sicut infantem, cujus ad in-
 cessum imbecilli sunt, & insueti pedes, qui molli ac lento duci-
 tur gressu, deductum fuisse per desertum non semel historia sacra
 testatur. Rem omnem veluti in nuce proponit B. D. Bal-
 thasar Meisnerus in Hof. Nov. Comment. illustr. p. 937.
 ubi ita: Notatur vero utrumque, beneficium tum corporale,
 quatenus duxit & sustentavit in deserto, de quo Exod. XIX.
 4. Deut. I. 31. cap. XXXII. II. tum spirituale, quatenus per
 Moſen & Prophetas informavit, adeoque in viis Domini am-
 bulare docuit. Et fusiori stylo D. Hieron. Zanchius Com-
 ment. in h. l. ita loquens: Cum igitur ait quinto loco: Et
 ego pedibus ambulare feci Ephraim, indicat, hoc fuisse quin-
 tum Dei erga Israelem beneficium: nimirum plus quam ma-
 ternam erga eum demissionem, & clementiam, quod scilicet
 Deus instar matris aut nutricis pro sua clementia ad hujusce
 pueri mox nati, i. e. ex Aegypto liberati, tum animi, tum
 corporis imbecillitatem sese demittens atque accommodans (sci-
 mus enim quoties populum, prā imbecillitate non tantum
 corporis sed etiam animi & fidei, poenituit itineris illius longi
 & gravis per desertum suscepti, & quoties cogitavit reditum
 in Aegyptum) illum suis quasi manibus apprehendit ac susten-
 tavit, & variis blanditiis alliciens, atque cum illo simul gra-
 diens, idque non solum in persona Moſis, Josue & aliorum,
 sed etiam in nube in columna ignis, & aliis suae praesentiae sym-
 bolis, illum pedetentim per desertum in terram Patribus pro-
 missam deduxit, & ita puerum suis quasi propriis pedibus ince-
 dere, sed à manibus Dei sustentatum atque in via tum deserti,*

um mandatorum Dei progredi paulatim docuit, sicut & Deut. 32. alio simili expressit.

§. XXIV.

Præterea vero ex iisdem suppositis ad tempora & Judicum, & Jeroboami, ac quod excurrit, referre hæc licebit. Quantum ad prius, antesignanum sequimur *B. D. Sebast. Schmidt* infractam hisce delineari, ratum, DEi, qua populum immorigerum toleravit, longanimitatem, ex qua contigerit, ut cum tempore Judicum toties excusso sese ab ipso abrumperent iugo, adque nefandum Baalim & idolorum secederent cultum, non nihilominus abjecerit prorsus, non subverterit penitus eos, è contra pœnitentiam eorum fuerit præstolatus, ac pœnitentes ubique exemerit servitio & angustiis. *Quod factum est*, inquit *Comment. in Hof. pag. 490.* quando ipsis Judicum temporibus, quoties pœnitentiam egerunt, eos sanavit &c. & pag. 491. clarius: *Hæc autem, que tam de incessus accommodatione, quam susceptione in brachia hic habentur, sine dubio tropice de longanimitate Dei accipienda sunt, ex qua factum, ut cum in diebus Judicum Israel toties ab ipso deficeret ad cultum Baalim & idolorum, non rejecerit & deleverit eum prorsus, sed pœnitentiam ejus expectarit, & pœnitentem semper liberarit ex servitute & angustiis.* Quantum vero ad posterius, *Andr. Riveti* infissimus vestigiis, argumentum rei ex eo deducentis, quod de Ephraim diserte loquatur DEus, exque inde inferentis: *quia tamen de Ephraim expressè loquitur DEus, i. e. de regno decem tribuum, non est arcetanda hæc Dei benevolentia, & indul-*

indulgentia ad historiam populi in deserto, sed ad tempus etiam illud referenda, quo DEUS inde à Jeroboami defectione populum illum adeo indulgenter habuit, quem potuisset ab initio plane deserere.

§. XXV.

Hicque terminus esto. Nihil nobis jam superest, nisi ut sancta Examen nostrum claudamus ineffabilis benignitatis DEI benignissimi admiratione, pie præeunte Franc Ribera in Comm. sup. Hof. p. 157. ubi in hæc erumpit: *Contemplare Dei bonitatem, non tantum Pater esse vult, sed etiam nutritius, alit ac vestit nos, incedere docet, in ulnas tollit, portat in brachiis. Quoties laberemur, quoties de vita periclitaremur, quoties lassum subsisteremus, nisi nos portaret hic nutritius. O pium, ô optimum Parentem, ô sedulam & amantem nutritium! qua reverentia observandus, qua charitate amandus, qua pietate à nobis colendus est!* Nihil inquam jam superest, nisi ut optatæ huicce Dei nutricantis curæ ardentissimis totos nos committamus precibus. Quas meditantibus incidit protinus

anxium Viri, qui **נעים זמירות ישראל** Psalmo

XVII. commate V. obvium suspirium: **תמך אשורי**

כל-נמוטו פעמי במעגלותיך *Sustenta gressus meos in orbitis tuis, ne declinent pedes mei.* Quo nihil aliud sibi quam

hancce Israeli exhibitam gratiam expetere videtur vir sanctus, nimirum ut nutritius instar Pater cœlestis puerum gressibus assefacientis secum in sanctis Domini orbitis progredi cupiente

agere

agere velit, quæ se ad infantis tum parvitatem inclinans, tum imbecillitatem accommodans, simul cum illo gradiens eum apprehendens, serperastris denique muniens sustentat tremulos illius gressus, seque super proprios pedes firmare eum docet, ne secus declinent hic (כמושי vacillent) infantilium ad instar titubantes ipsius pedes. Age ergo & Supreme DEUS ! ita fac, ita age & mecum :

תמוך אשורי במעגלותיך

בל-נמוטו פעמי

אמן

אמן כן יהי רצון.



99 A 6943

ULB Halle 3
002 821 931





Handwritten mark

Detrov

Vb 17 *Hi 97*







בנה

Examen
Grammatico-Criticum

Vocis,
quæ Hof. XI. com. III. occurrit,
difficilioris

תרגולתי

Quod

IN HELICONE PATRIO
SUBENTE AMPLISSIMA FACULTATE
PHILOSOPHICA
PRO RECEPTIONE IN
EANDEM

Placido Συμφιλολογωντων examini exponit
PRÆSES

M. CHRISTOPHORUS *Seubel*
RESPONDENTE
JOHANNE PHILIPPO BULLINGER,

Anno MDCCXIII. d. *Augusti H. L. Q. S.*

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.